670 *Memoxis* Tragibi mentio apud Martial. XI. 10. ſeq. & Fulgentium de priſco ſermone. Janus Guilelmius verſimilium lib. 1. c. 5. emendat & illuſtrat verſus C. Cilnii Mæcenatis allatos ab *Iſidoro* XIX. 32. Originum ſive Etymologicon.

Joh. Lelandus de ſcriptoribus Britannicis p. 19. *Annis abhinc tribus, aut eo amplius, auctioni veterum librorum interfui. Hic ego non carbones ſed theſauros inveni, nempe* Oreſten *tragœdiam antiquiſſimi ſed auctoris hactenus mihi incerti nominis, non jambicis ſenariis, verum, quod admiraberis, hexametris heroicis accuratiſſime ſcriptam, conjectura tantum eſt, opus à* Pomponio Secundo *poëta conſcriptum.*

671 *Q. Trabea* inter Comicos veteres non infimæ notæ, qvem in octavum locum Volcatius Sedigi-

digitus apud Gellium conjicit, de eo Varro apud Chariſium lib. 2. extremo : *πόδη vero & Trabea & Atilius & Cæcilius facile moverunt.* Hoc liqvet ex imaginibus iræ & inanis lætitiæ apud Cic. 2. de finibus & 4. Tuſc, Laudare creditur Trabeam in *Ergaſtulo* Nonius c. 2. ſed Pomponio aſſeritur bis, in rarenter & villicari. Cauſſa erroris eſt, qvod vocabulum trabes ad Ennii laciniam revocandum ſit.

--- --- *Sed quaſi ferrum aut lapis*
*Durat rarenter gemitum conatu trahens.*

Pomponii nomen excidit, nec exſtat ullum e Trabeæ fabulis nomen ! nam *Harpaga* ſive *Harpacem*, ſubditivam Muretus * prolem Scaligero, pro genuina venditavit, Comœdiam ſcilicet ex Euripide translatam. Hæc Chriſtophorus Waſe exercitatione tertia animadverſionum Nonianarum.

L. *Pomponius* Bononienſis, qvo tempore Tullius virilem togam ſumeret inclaruit. Laudatur in his fabulis : *Adelphis* Non. *Æditumo* Gell. Non. *Agamemnone ſuppoſito* Non. *Aleonibus* id. *Anulo poſteriore* id. *Aruſpice* id. *Aſinaria* id. *Atreo* id. *Augure* id. *Buccone adoptato* id. *Buccone auctorato.* 672



* Non diffitetur hoc Muretus ipſe ad calcem hymnorum ſuorum ſacrorum in edit. Aldina A. 1575. 8. p. 56. ſep. Conſer Jac. Thomaſii notam ad Mureti poemata pag 50. Mich. Maittaire de vitis Stephanor. p. 366. ſeq. Viciſſim ſub Mureti nomine Epiſtolas ſuppoſuiſſe edidiſſeqve Lambinus à Mureto arguitur, vide Menagiana T. 4. p 222. ſeq Tamen ſaucte licet id aſſirmanti Mureto viri docti hoc non credunt

*rato* Charis. *Citharistæ* Non. Pris. *Campanis* Non. *Capella* Charis. *Cœna* Charis. *Collegio* Non. *Conchæ* id. *Cretula* vel *petitore hærede* id. *Decuma fullonii* Non. Festus. *Decumis* Non. * *Dogali* id. *Dotatæ* id. *Ergastulo* id. *Fullonibus* id. *Gallis transalpinis* Gell. Macrob. Non. *Hirnea Pappi* Non. *Kalendis Martiis* Macrob. *Lare familiari* Pris. *Lenone* Charis. *Maccis geminis* Non. *Maccis geminis pueribus* Charis. *Macco* Non. *Macco milite* Charis. *Maeco sequestre* Non. *Mævia* Gell. Macrob. *Majali* Non. *Medico* id. *Munda* id. *Nuptiis* id. *Pannuceatis* id. *Pausa Pappi* (al. *sponsa Pappi*) id. *Pappo Agricola* id. *Pappo præterito* id. *Partis* id. *Patruo* id. *Philosophia* id. *Pictoribus* id. *Piscatoribus* id. *Pistore* id. *Pisthone Gorgonio* id. *Placenta* id. *Porcaria* (*Porcetra* id. *Porto* id. *Præcone posteriore* id. *Præfecto morum* id. *Prostibulo* id. *Quinquatribus* id. *Rustico* id. *Sarcularia* id. *Satira* Pris. *Synephebis* Charis. *Syris* Non. *Vacca* vel *marsupio* Pris. *Vernionibus* Non. *Verre agroto* id. *de Vite* id. *Epigrammata* scripsisse testatur Varro de lat. lingva. Quod MSta præferunt de *Aristæ*, Mercerus ad Non. legit *Citharistæ*, Salmasius maluit *Hetaristæ*, ut sit eadem cum *Prostibulo* fabula.

De *Fabio Dossenno* Comico consulendus Jo. Marius Mattius libro tertio Opinionum c. 25. pag. 506. Tom. IV. Miscell. Gaudentii Roberti.

672 Pseudo *Lepidi Philodoxius* lusus fuisse creditur *Leonis Baptistæ Alberti*, Florentini. Vide Raphelem du Fresne in vita Leonis Baptistæ Alberti, præmissa ejus tribus libris de pictura & tra-

tractatui de ſtatua Pariſ 1651. fol. Comœdiam admodum jucundiſſimam vocat & *Carolo Aretino* tribuit Albertus de Eyb in margarita poëtica edita Rom 1475. fol. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. X. pag. 481. Ibidem legas editum A. 1580. & in Actis Eruditorum anni 1707. p. 528. A. 1583. Sed reponendum 1588. Ita & in Cinelli Bibl. volante & in Galleria di Minerva T. V. p. 101. 171.

*T. Quinctius Atta* Togatarum Scriptor Ciceronе triceſimum jam annum agente defunctus ſcripſit *Ædilitiam* Gell. Diomed. *Aquas caldas* Non. *Concillatricem* Gell. Non. *Gratulationem* Non. *Lucubrationem* id. *Megalenſia* Serv. in 7. Ecl. *Socrum* Priſc. *Supplicationem* Macrob. *Tironem proficiſcentem* Priſc. item *Satyras* Diomed. Macrob. & *Epigrammata* Non.

*Titinius* (ita ſcribendum non *Titinnius*) togatarum ſcriptor, an fuerit ex eqveſtri genere Titinorum, an libertus M. Titinii Prætorii ad qvem Cicero librum epiſtolarum ſcripſerat, qvi hodie deſideratur, incertum eſt. *Ἡδὴ nulli quam Titinio & Terentio ſervare convenit* inqvit Varro qvinto de L. L. apud Chariſium lib. 2. extremo. Scripſit *Barathrum* Chariſ. Feſt. Non. *Barbatum* Feſt. Non. Priſc. *Cœcum* Chariſ. *Ferentinatem Pſaltriam* Feſt. Non. Priſc. *Fullones* Non. *Geminam* Non. Priſc. *Hortenſium* Chariſ. *Ilam rubram* Non. *Juriſperitam* Chariſ. *Praliam* Chariſ. Non. Priſc. *Privignum* Non. *Pullam* Feſt. *Quintum* Non. Priſc. *Setinam* Chariſ. Feſt. Non. *Tibicinam* Chariſ. *Vepiſcum* Non. *Veliternam* id. Aliqvid etiam *de Medi-*

*Medicina* tradidiſſe è Q. Sereno Sammonico colligit Chriſtophorus Waſe exercit. 3. animadverſ. Nonianarum, cui hæc debeo.

Diverſi fuere & probe inter ſe diſtingvendi Comici *Novius*, eoqve longe antiqvior *Nævius*, ut infra etiam ad pag. 686. annotavi.

673 Epigrammata vetera Petri Pithœi prodierunt primum Pariſiis apud Dionyſium Duvallium 1590. 12. deinde Lugduni ſumtu Genevenſis typographi Jacobi Chouet 1596. 8.

Carmen qvod lib. III. Epigram. exſtat p. 70. & incipit: *Urbs cecidit de quaſi* &c. longe integrius ex codice antiqvo edidit Martinus Opitius c. 13. Var. lect.

*Calvus* in *Jo* laudatur à Servio in 8. Eclog.

Pſeudo *Caſſii* Orpheus velut repertus à Petro Victorio in lucem datus fuit à G. Fabricio ad Horatii lib. 1. Epiſt. 4. Et ſeparatim prodiit 1585. 8. apud Jo. Wechelum, cum Nathanis Chytræi commentario.

Laudat Caſſii ingenium Horatius lib. I. Sat. 10. v. 62. & lib. I. Epiſt. 4. v. 3. memorat & Plinius 31. 2. Epiſtolam ejus ad Antonium. De illo Caſſio Parmenſi Jo. Conradus Dietericus in vita Auguſti p. 121. ſeq.

*Evantii* Acroſtichon in funus genitoris ſui Nicolai exſtat inter Eugenii carmina Tom. II. Opp. Sirmondi p. 886. & T. 12. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 347.

674 Nomen unius hominis eſt *Sulpicius Lupercus Serva-*

*Servaſtus*, qvod commatibus in tria diſtraxit in priore editione Typographus.

Qvi inter poëtas ibi memoratur Pulex, eſt *Pulex de Cuſtoza* Vicentinus, qvi medio ſæculo XIV. claruit. Vide Menagiana T. IV. p. 432. 439. ubi epigrammatis in hermaphroditum variæ metaphraſes.

De voce ἠδυπάθεια confer etiam Svidam in Ἀθηναῖος & χάους. 675

Locus Macrobii eſt lib. 2. cap. 9. Saturnal. 676

*Sulpicia* ſatiram præter rem Auſonio alii tribuerunt, alii Juvenali. Vide Jul. Cæſ. Scaligerum in hypercritico, & Janum Brouckhuſium p. 384. ad Tibullum & 402. Prodiit etiam ex Georgii Merulæ recenſione Argentorat. 1509. 4. cum Georgii Tiphernatis & aliorum carminibus. 677

P. Optatianus Porphyrius Panegyricum ad Conſtantinum M. Imp. vicennalia celebrantem ſcripſit carmine varii generis per Acroſtichides & ſimiles litterarum luſus minio diſtinctos compoſito A. C. 326. paulo ante Criſpi necem. Exul illud compoſuit, ut ipſe innuit carmine 1, & apertius carmine 6. Sed hoc ipſum opus conciliavit Auctori ſuo revocationem ab exilio, ut teſtatus Hieron. in Chron. atqve ut ipſius Optatiani verbis utar, natumqve laremqve reddidit. Utiqve Chriſtianus fuit, licet qvidem propter familiares Poëtis, qvibus paſſim utitur, Ethniciſmos hoc negaverint. Vide Tillemontium Tom. 4. Hiſt. Imperator. 678

pag.

pag. 607. Beda de arte metrica : *Reperiuntur quædam, & in insigni illo volumine Porphyrii Poetæ quo ad Constantinum Augustum misso meruit de exilio liberari. Quæ quia pagana erant , nos tangere non libuit.* Sed carmen nonum satis demonstrat Porphyrium hunc à Christi sacris alienum minime fuisse. In illo carmine litterarum artificium non modo Monogramma primarum duarum litterarum nominis Christi refert, qvali usus est in labaris suis Constantinus M. sed præterea hosce versus:

*Omnipotens genitor tuque o divisio mixta,*
*Filius atque Pater & Sanctus Spiritus unum,*
*Faveas votis.*

Ex Marci Velseri editione qvi illud è Pauli fratris Codice recensuit, separatim lucem viderat Augustæ Vindel. 1595. f. In Aram Pythiam & in Syringem hujus Porphyrii, commentarius Fortunii Liceti prodiit Patav. 1635. 4.

*Epigrammata* ejus allegantur à Fulgentio 2. Mythol. & de continentia Virgiliana. Etiam nonnulla qvæ inter Petroniana leguntur, huic Porphyrio viri docti tribuunt. Jonsius III. 15. de script. Historiæ Philosophicæ pag. 290. scribit hujus Porphyrii Epigrammata plurima Græca citari libro V. Anthologiæ. Jonsium seqvitur Tillemontius p. 352. At libro V. Anthologiæ p. 534. seqv. occurrunt Epigrammata plurima non Porphyrii sed Christodori Thebani in Porphyrium Calchantis filium factionis Venetæ

Digitized by Google

æ celebrem in ludis Circenſibus agitatorem à noſtro longe diverſum, cujus ſtatuam ex ære Imperator poni CPoli in Hippodromo juſſerat.

Sed idem hic eſt, ut creditur, Optatianus qvi deinde fuit Præfectus Urbis Romæ Anno 329 & 333. Vide Tillemont. T. IV. Hiſtor. Imperat. p. 352. Idem obſervat qvoq; p. 351. poëma, qvod cum Epiſtola Conſtantino Porphyrius obtulit diverſum fuiſſe ab hoc qvod habemus: ſimiliter etiam Poëma pro qvo gratias agit, qvodqve laudat Imperator *fratrem chariſſimum* Porphyricum appellans. At certe ejusdem fuiſſe generis atqve artificii declarant verba: *Vix hoc cuſtoditum pluribus fuit, qui modis quibusdam arctis innexi literarum, diſtinctionibus verſuum, qui ita medium corpus propoſiti occulte intermeant, ut oculorum ſenſus interſtincta colorum pigmenta delectent, hoc tenuere propoſitum, ut haſitantiam carmini multiplex legis obſervantia non repararet. Gratum igitur hoc mihi dicationis tuæ munus fuit &c.*

Porphyrii hujus difficiles luſus poëticos imitatus *Rabanus Maurus* in opere mirifico de laudibus Crucis, qvod & ſeparatim habeo editum Phorcheimii in ædibus Thomæ Anſelmi 1503. fol. ſub illuſtri Principe Chriſtofero Badenn: & inter Rabani opera Tomo I. Colon. 1626. fol. Nec non *Abbo** Floriacenſis (qvem ex Porphyriano Codice exemplar ſibi ſumſiſſe Aimoin9 in Abbonis vita teſtatur Epiſtola ad Othonem I. Imp. qvam hoc loco adponere juvat ex clariſſ. Viri

* A.C. 1003. defunctus.

Viri Polycarpi Leyſeri hiſtoria poëtarum medii ævi pag. 302.

OTTO VALENS CÆSAR NOSTRO TU CEDE COTURNO
Te *felix atavis quo*T *cælo ſydera lucen*T
Te *dominum ſibi Saxo* T*ulit*, *& roma notavi*T
Orbis *& ipſe capit*, *Sol*O *contentus alumn*O

*Virtutum titulis &* V*ir cognoſceris ac*tV
Ac *domitor patriæ* p*Acis ſectator in aul*A
Lumen *ubique micans jubar* L*ucendo velut So*L
Ergo *Deï ſOlita redd*E*ntur ſanC*ta *benign*E
Nec *deeri*T *virtus omN*is, *qua grAtia culme*N
S*candit* e*T occultiS* - - - *vEnia cauſ*S

Certe *nos Omnes tibi Cæſar neScius & nun*C
*Auſtraſios quæ terra m*A*net cereAlis opim*A
Et *fœcunda ſecu pollEt ſatis ubeRe glebæ*E
S*ummis cara viriS ac ſævis plena coloni*S
A *patris imperio non Abſit Iſmaelith*A
R*exit eum ſolers & Regnans induperato*R

N*unc auguſte tuum poNam venerabile nome*N
OTTO VALENS CÆSAR NOSTRO TU CEDE COTURNO
*Solus enim regnans abSens*, *o cæſaris haere*S
T*otus avo ſimilis*, *ſi Te nova vita reſigna*T
R*ex fuit ille potens Romanæ legis amato*R
O*mne decus patriæ ſoli*O *prognatus avi*tO
T*empora pacis erant*, T*ali dum jure vigere*T
V*ir tantus quem ſic dVxi diſcribere verſ*V

Cur

Cur ergo nAtale tuum, Cnr conir Ahis & nunC
Exulis in Bellis defErs. pia de Bita pompaE
Dum Vates Bonus opto Dari miraBilis istuD
Expandes Opus, ipse mEum tractAbilis indE
Cæsar ut invictis ſCutomunituS & ex hoC
Omnibus utilior, mirO datus ante triumphO
Terribilis clemens tuTo diademate risi T
Vultus avi patrisque tVi præclarus amicTV
Rursus uterque fuit diRo ſub tempore VictoR
Nunc unum vivens digNum cum patre vocameN
OTTO VALENS CÆSAR NOSTRO TU CEDE CO-
TURNO.

679 *Carmen de Phœnice* Lactantio tribui etiam in antiquiſſimo MSto Reginæ Sueciæ Chriſtinæ, teſtatur Nic. Heinſius in literis ad Sirmondum. Tom. 4. Opp. Sirmondi pag. 726. Nonnulla hujus carminis illuſtravit Nicol. Agardus tunc admodum juvenis Hafniæ 1647. 4.

681 Veteris Poëtæ *Sympoſii* * *ænigmata centum* prodiere Romæ 1581. 4. 1597. 4. Eadem Nicolaus Reusnerus una cum Jo. Lorichii Hademarii ænigmatibus Marpurgi pridem 1540. excuſis Ænigmatographiæ ſuæ inſeruit Francof. 1602. 12. & Chriſtianus Junckerus Phædro ſuo ſubjunxit. Lipſ. 1700. 12.

Sympoſii ænigmata cum Phædri & Gabriæ fabulis Germanico carmine reddere conatus eſt Jenæ A. 1712. J. G. A. cui ſub nomine Melandri delitescere placuit. Sympoſii meminit

* Contra MSS. fidem *Cœlius Firmianus Sympoſius* à quibusdam dicatur.

Digitized by Google

nit Aldhelmus Scotus a) qvi A. C. 709. obiit, in prologo secundo ænigmatum, *Sympoſius poeta metricæ artis peritia præditus occultas ænigmatum propoſitiones exili materia ſumtas ludibundis apicibus legitur ceciniſſe, & ſingulas quasque propoſitionum formulas tribus verſibus terminaſſe.* Sigebertus Gemblacenſis de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 132. *Aldhelmus Epiſcopus imitatus Sympoſium qui per proſopopœiam qualitates ſingularum rerum exprimens ſcripſit librum ænigmatum metrice.* Sympoſius ipſe in limine ænigmatum qvæ in Saturnalibus luſiſſe ſe non diffitetur:

*Hæc quoque Sympoſius de carmine luſit inepto,*
*Sic tu Sexte doces, ſic te deliro magiſtro*
*Annua Saturni dum tempora feſta redirent* &c.

Sympoſii poëtæ nomen præferunt diſerte Codices MSti qvos evolvit Franciſcus Baſvelus & Joſephus Caſtalio: Inter epigrammata vetera P. Pithoei lib. 1. huic Sympoſio etiam ex fide manu exarati Codicis tribui

a) Aldhelmi nomen puto etiam reſtituendum Anonymo Mellicenſi de ſcriptoribus Eccleſ. cap. 72. ubi editum eſt: *Achelinus Epiſcopus nonnulla edidit ſcripta quæ appellantur ænigmata.* Aldhelmi poëtica opuſcula ediditMartinus Delrio Mogunt. 1601. 12 in quibus poſt monoſticha præmetica 199. incerti ſcriptoris, ſeqvuntur cum prologo duplici Aldhelmi ænigmata hexametra tetraſticha XX. pentaſticha XIV hexaſticha XIII. ſeptenis comprehenſa verſibus XIX. octonis X. novenis XI. denis & pluribus XIII. Recuſa ſunt hæc & alia Aldhelmi Tomo 13. Bibl. Patrum edit. Lugd. Loca nonnulla illuſtrantur emendanturque in Reineſii ad Daumium Epiſtolis pag. 344. ſeq. De Aldhelmo ipſo vide Acta Sanctorum ad 25. Maji Tom. VI. p. 77. ſeqq.

Digitized by Google

buitur carmen de livore, qvod incipit: *livor rabificum malis venenum*, nec non alterum de fortuna, *O fortuna potens ac nimium levis.* Neqve alioqvi Sympoſii nomen inauditum eſſe conſtat veteri memoria, namfuit & Sympoſius qvidam Seleucienſis in Iſauria Epiſcopus qui interfuit Concilio CPol. A.C. 381. nec non Sympoſius Epiſcopus Hiſpanus in Synodo Cæſarauguſtana A. 380. & Toletana A. 400. condemnator Priſcillianiſtarum, cum qvibus antea ipſe fecerat. Non potui igitur à me impetrare ut cum viro clariſſimo Chriſtoph. Auguſto Heumanno Sympoſii poëtæ nomen confictum eſſe mihi parſvaderem, aut crederem ænigmata hæc nihil aliud eſſe qvam Lactantii ſympoſium qvod abadoleſcentulo ſcriptum Hieronymus c. 80. de ſcriptoribus Eccleſ. teſtatur. Neqve ſympoſium Lactantii hexametris verſibus ſcriptum fuiſſe tradit Hyeronymus, ſed ἑξαπτοριϰὸν, nec ſatis aptum titulum ænigmatis hiſce putem eſſe ſympoſium ſive convivium, nec ſimplicem levemqve conjecturam tot argumentis ac teſtibus oppoſuerim, licet illam novitate ſua placuiſſe video præſtantiſſimis Diarii Bremenſis b) nec non Berolinenſis c) auctoribus. Sympoſii ænigmata non invenuſta ſunt, ut recte Voſſius pag. 86. de poëtis, itaqve libenter illa videbo à laudato Heumanno in nova qvam parat eorum editione illuſtrata:

(s) qvan-

b) Bibl. Philologico Theol. Bremenſ. Tom. 3. p. 379.

c) Bibl. Germanique A. 1720. T. 2. p. 152.

qvanqvam Gyraldus haud magni ea feci videtur vel potius ea integra ne evolviſſe qv dem. Nam in libello qvo ænigmata veterum exponit, Sympoſii nusqvam meminit, tantum ſub extremum libelli d) ænigma explicat Alexidis poëtæ, *ſed enim*, inquit, *hic diebus re citavit mihi amicus meus ænigma tribus hexametris à ſomno, quod & hic tibi ut adſcribam dignum viſum eſt* (ex Sympoſio, ænigma XCVII.)

*Sponte mea veniens varias oſtendo figuras*
*Fingo metus vanos nullo diſcrimine veri*
*Sed mè nemo videt niſi qui ſua lumina claudit.*

*Recitavit & alia, qua frigidiuscula cum eſſent, ſunt viſa indigna relatu.* Miror itaqve qvod Voſſius de Sympoſio ſubjungit: *Sed præter ea qua excuſa habemus, ſuperſunt alia ſatis frigida, aliqua etiam obſcœna: qua idcirco omiſſa. Et propter iſta ſic Lilius ſcripſerit, qui conſpexerat opus integrum.*

Ex auctione librorum Kielmanniana nactus ſum Symphoſii (qvem Sympoſium editor appellat) ænigmata XLVII. edita à Franciſco Baſvelo Baſileæ 1563. 8. In hac editione ut multa vitioſe, ita qvædam rectius leguntur qvam in recentioribus. Sic ſtatim in præludio ad Sextum magis mihi probatur verſu octavo.

*Tum verboſa cohors ſtudio ſermonis* ineptùm
*Neſcio quas paſſim magno de nomine nugas*
*Eſt meditata diu.*

In

d) T. 2. Opp. p. 635.

In aliis editionibus eſt *ſtudio ſermonis inepti.* Sed frigidius eſt, ſtudio ſermonis inepti neſcio qvæ meditari. At facilius intelligitur, ſtudio ſermonis, hominem verboſum multa ineptum hoc eſt inepte meditari.

In eodem præludio:

*Ponere diverſe vel ſolvere quisque viciſſim.*

Ita rectius, ni fallor, qvam qvod in aliis editionibus *quæque viciſſim.* Sed haud dubie melius verſu præludii ultimo:

*Da veniam lector quod non ſapit ebria Muſa.*

Pro qvo Joſephus Caſtalio dedit: *quid non capit ebria Muſa?*

Ænigmate primo verſ. 2. *diverſa & munera fungor* non eſt contemnendum pro illo vulgato *diverſo & munere fungor.*

Ænigmate 2. *Dulcis amica Dei, ripis vicina profundis*

4. *Virtutes magnas de viribus affero parvis,*
*Pando domus clauſas, iterum recludo patentes* &c.

6. *Eſt domus in alto, ſedes eſt ſemper in imo.*

14. *Nondum natus eram, nec eram genitricis in alvo.*

18. *Sed mihi conſilium de cœlo naſcitur ipſo.*

19. *Rauciſonans ego ſum* &c.

22. *Provida ſum vitæ, duro non pigra labori* &c.
*Nec gero multa ſimul, ſed congero magna viciſſim.*

23. *Sed cito ſubmovear falſo conterrita vento.*

24. - - *non certo nomine dictus.*

27. deeſt.

28. *Vix mihi dat nomen primo de tempore noctis*
&c.

*Sed redeo in tenebris nec - - movebo diebus.*

31. *Sed prius eſt fatum lethi quam lucis origo,*
*Sic ſolos manes ipſos mihi duco parentes.*

35. *Cuſtodi pecoris tremula reſpondeo voce.*

37. *Confuſi generis, generi non apta propago.*

42. *In terra naſcor* &c.

47. Deeſt & ejiciendus utiqve videtur verſus:

*Cum mihi peccandi meritum natura negavit.*

48. Non *Myrrham* ſed *Succinum*, titu'i loco inſcribit. Verſus ultimus legitur ſic:

*Latus honor fundi triſtis ſed magna doloris.*

Ad calcem ſubjicitur neſcio cujus ſcriptoris ænigma plumæ ſcriptoriæ:

*Sum carnea, ut qua nota ſum de carnibus*
*Nutrita carne, a carne dempta ſed ſtatim*
*Nec forma carnis nec mihi eſt ſubſtantia.*
*Pars ſum tamen carnis cum incipio creſcere.*
*Perfecta ſic & vera res ſum poſtea.*
*Bonum & malum patro, à meipſo nil valens.*
*Mox ut mihi cultro reſcinditur caput,*
*Evellitur que lingua, comparata ſum*
*Ad imbibendum mox liquorem, quo meum*
*Roſtrum irrigatum prater omnem tum moram*
*Oſtendit an latum ſit, ira an percitum*
*Nunc reddo concordes Duces & Principes,*
*Nunc inter illos excito diſcordiam.*
*Jam grata, mox ingrata dico amantibus.*

*Amore*

Digitized by Google

*Amore jam languentibus ſpem ſuggero.*
*Pugno, gravesque ſæpe rixas concito,*
*Pacem fero, ſciuntur nova per me undique.*
*In me licet non nulla ſit malignitas,*
*Tamen malorum cauſa ſum fere omnium.*
*Nunc ergo dic, qua ſim, conjector optime.*

*Joannis Nobleti* qvi ſæculo XV. fuit, centiloqvium ænigmatum memorat Trithemius de Script. Eccleſ. c. 783. *Egeberti* ænigmata ruſticana Sigebertus c. 146. de Script. Eccleſ. *Tathwini* Archi Epiſc. Canticorum, qvi A. C. 734. obiit, ænigmata laudantur à Jo. Baleo. *Tulli* neſcio cujus ænigmata hexaſticha à Labbeo pag. 63. Bibl. MSS. De Græcis ænigmatum ſcriptoribus Baſilio Megalomite, Georgio Aphye, Euthymio & Michaële Pſello dixi Volum. X. Bibl. Græcæ pag. 539.

Editionem *Ænigmatum Aldhemi* Baſil. 1557. Lipenio in Bibl. Philoſophica memoratam non vidi. Moguntina autem Delrionis A. 1601. non in 8. eſt ſed in 12. ſecuta Antwerpienſem A. 1600. De cæteris Aldhelmi poëmatiis, ineditis maximam partem, conſulendus Polycarpus Leyſerus in hiſtoria poëtarum medii ævi pag. 199 -- 203. Lipſiæ in Bibl. Ampliſſimi Senatus exſtant MSS. Aldhelmi poëtæ *ænigmata, verſus in laudem Solis, quæſtiones ænigmatum Rhetoricæ artis, Epigrammata ex libro Ovidii Naſonis de ſomno quod viderat.* Item *ejusdem ex libro Metamorphoſeon Actæon in cervum, & alia carmina.* Liber de

de laude virginatis verſibus ſcriptus hexametris lucem vidit Daventriæ per Jac. Fabrum, diverſum illum à Stapulenſi 1512. 4.

*Paſiphaes fabulam* illuſtrat Douſa III. 8. præcidaneor. ad Petron. Occurrit apud Rufinum de metris.

682 In *Severi* carmine *de mortibus boum* fit mentio luis pariter boum atqve hominum, de qva commeminit S. Ambroſius X. in Lucam p. 1506. T. 1. editionis Benedictinorum. Conf. Baronium ad A. C. 376. Illud carmen beneficio Eliæ Vineti, Santonis, optimi & doctiſſimi ſenis ſe debere Petrus Pithœus teſtatur, qvi auctorem Aqvitannum putat. Nomen integrum videtur *Severus Sanctus Endelechius*, Aqvitanicus, Orator Romæ & Poëta Chriſtianus, idem Endelechius, ut par eſt credere, cujus monitu S. Paulinus Epiſtola nona ad Sulpicium ait ſe ſcripſiſſe panegyricum Theodoſio Imp. Idem etiam de qvo in Codice MS. Vaticano Apuleji : *Ego Salluſtius legi & emendavi Romæ feliciter Olybrio & Probino COSS.* (A. C. 395.) *in foro Martis controverſiam declamans Oratori Endelechio.* Vide Sirmondum ad Sidonii lib. IV. Epiſt. 8. T. 1. Opp. p. 490. Carmen Endelechii ſeparatim editum & notis illuſtratum eſt à *Jo. Weitzio & Wolfg. Sebero* Francof. 1612. 8. & cum eorundem notis, & *Jac. Gronovii* (ut videtur) præfatione Lugd. Bat. 1715. 8. Deniqve cum ſelectis Weitzii, Seberiqve & novis ſuis vulgavit eruditus vir *Gerhardus Outhovius* ad calcem libri de judiciis Jehovæ, qvem à ſe compoſitum edidit Groningæ 1725. 8. *Cato-*

Digitized by Google

*Catonis Disticha* laudat & Hincmarus Remensis 683
Tom. 2. pag. 476. Gaufredus in poëtria nova: *Ethicus unde Cato*, nemo sine crimine vivit. *Octavianum* nescio qvem auctorem facit Goldastus notis ad parænetricos Veteres p. 104. & alibi. Catonis non esse, singulari diss. A. 1635. probatum dedit Boxhornius, cujus ipse meminit in Epistola ad Janum Bodec. Benningium data Kal. Jan. 1636. (p. 69. Epistolar. edit. Lipsiens.) Popmæ & aliorum qvorundam opinionem qvi disticha illa adscripserunt Ausonio; refellit Scaliger II. 32, lectionum Ausonianarum.

Qvi Catonis nomen ab argumento præfi- 684
xum volunt, possunt exemplo uti, qvod sic Martinus Ravaltus A. 1563. latine & Gallice edidit Catonem Principum, cujus meminit Franciscus à Cruce Bibl. Gall. pag. 316. Sic sententiæ monostichæ Marbodei Redonensis pag. 1634. Opp. inscribuntur; *Proverbia Catonis Philosophi.*

Gallica interpretatio Distichorum Catonis Petro Grosnetio auctore prodiit Paris. 1543. *Les mots dorés du sage Caton.*

Benedicti Burg, Archidiaconi Colchestrienſis *Anglica* ex Gallico metaphrasis excusa Westmonasterii 1483. fol. memoratur à Michaële Maittaire in annalibus typographiæ pag. 172. Nescio diversa ne ab hac qvam in Codice membranaceo MS. servasse accepi Joannem Morum Episcopum Elienſem.

Jo. Mylii Cato *Græcolatinus*, Lipſ. 1568. 8.

Post Opitium *Germanicis* versibus disticha Catonis expressit Melchior Dietericus Procopius in collectione vernacula selectorum carminum moralium pag. 73. Francof. & Lipsiæ 1720. 8.

Catonis disticha prodierunt inter auctores octo morales Lugd. 1507. fol. & 1520. forma qvarta majore. Illos recenseo infra ad pag. 718.

Catonis disticha cum commentario Erasmi, P. Syri mimi & Septem Sapientum sententiæ, Institutio hominis Christiani, Isocrates ad Demonicum, Rod. Agricola interprete, Epicteti enchiridion ex versione Politiani, & Plutarchus de odio & invidia ex versione Erasmi. Lipsi 1517. 4. & Francof. ad Oderam 8. Catonis disticha cum aliis edita Aboæ 1669. & 1685. 8. curante Joanne Gezelio.

Michaëlem Verinum Pocciantus pag. 166. de scriptoribus Florentinis docet Florentinum fuisse. Ejus disticha moralia viderunt lucem primum Florent. A. 1487. qvo ipso ille diem obiit.

Zuberum, Græcum Catonis Metaphrastem acriter perstringit Reinesius Epist. ad Nestores pag. 36.

85 Columbani Hiberni, qvi Luxovienſis primum in Burgundia, deinde ob libertatem correptionis in exilium actus à Theodorico Rege * seculi septimi intio Bobiensis in Italia Ab-

* Vide Chronicon S. Benigni Divionensis Tom. 1. Spicilegii Dacheriani p. 377. seq.

Abbas fuit, defunctus A. C. 615. Carmina una cum aliis illius ſcriptis leguntur etiam in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. Tom. 12. pag. 33. ſeq. Vita ejus, auctore Jona Abbate, diſcipulorum illius diſcipulo, apud Surium ad 21. Nov. cui junge Bernhardum in vita S. Malachiæ c. 6. p. 70. Monachus Benedictinus fuiſſe probatur à Conſtantino Cajetano in libro qvem A. 1617. evulgavit & de quo vide Dupinii Bibl. Eccleſiaſticam T. 17. p. 134.

*Nævius* bello Punico primo ſtipendia fecit, 686
deinde propter dicacitatem à triumviris conjectus in vincula, e qvibus per tribunos plebis iterum fuit liberatus. (Vide Douſam p. 145. explanationum Plautinar.) ſcripſitqve carmen de bello illo verſibus Saturniis i. e. ſenario cum ſyllaba, continente volumine, qvod C. Octavius Lampadio in 7. libros diviſit. Sveton. de grammaticis cap. 2. Confer Merulam ad Ennii fragmenta. *Tragœdias* ejus Alceſtidem laudat *Varro*, *Non.* Danaën. *Non.* Heſionam *Gell.* Iphigeniam *id.* Leonta *id.* Lycurgum. *Non*, *Priſc.* Proteſilaodamiam. *id.* Sirenam. *Non.*

*Comœdias* Acontizomenon *Chariſ.* Agidonem *Varro.* Agitatoriam *Chariſ. Feſt.* Agrypnuntas *Non.* Apellam *Priſc.* Ariolum *Non. Priſc.* Aſſitogialam *Non.* Aululariam *id.* Carbonariam *Priſc.* Claſtidium *Varro.* Colacem *Terent. Non.* Corollariam *Chariſ.* Coſmetriam *Varro. Diomed.* Dementes *Diomed.* Demetrium *Varro.* Diobolariam *Fulgent.* Eqvum Trojanum *Macrob.* Erulariam



Digitized by Google

*Non.* Figulum *Chariſ.* Fretum *Varro.* Glaucomam *Priſc.* Gymnaſticon *Non.* Ithyphallum *Gell.* Lampadionem *Varro.* Ludum *Cic.* Lupum *Feſt.* Paccvum *Non.* Pellicem *id.* Perſonatam *Feſt.* Philemporon. *Fulgent.* Projectum *Diomed.* Qvadrigeminos *Non.* Romulum *Varro.* Sanniones *Non.* Stalegmum. *Donatus in Terent.* Stigmatiam *Varro.* Tarentillam *Chariſ. Feſt.* Teſticulariam *Priſc.* Tribacelum *Donat. in Ter.* Tunicularium *Feſt.* Scripſit & Satyram, *Feſt.* item Epicum carmen *Iliada* vel *Iliada Cypriam*, Chariſ. Priſc. Luſerit & *Erotopagnion* ſi Nonio fides, niſi *Lævii* potius ſit, perinde ut *Alceſtis* & *Proteſilaodamia.* De illius erotopægnii auctore confer etiam Scaligerum II. 27. lectionum Auſonianarum & Salmaſium pag. 942 ad Solinum.

*Novius* centum & qvinqvaginta annis Nævio junior, Sullanæ dictaturæ vicinus in ſcena viguit. Eum laudant Grammatici in *Agricola* Non. *Andromath* Servius I. Georg. *Aſinio.* Non. *Bubulco cerdone* id. *Bucolo* id. *Decuma fullonis* id. *Decumis* id. *Depaticis* id. *Duobus Doſſennis* Feſt. *Dotata* Non. *Fovuleo* Priſc. *Eriſace* Non. *Exodio* id. *Ficitoribus* id. *Filonico* id. *Fullonibus* vel *fullonibus feriatis* Tertull. de pall. Non. *Gallinaria* Non. *Geminis* Non. Priſc. *Hetæra* id. *Ligartaca* Gell. *Lignaria* Gell. Priſc. *Macco* Non. *Macco copone* id. *Macco exule* id. *Malevolis* id. *Mævia Medica* id. *Militibus Pometinenſibus* id. *Mortis & vitæ judicio* id. *Optione* id. *Pappo præterito* id. *Parco* Gell. Non. *Paullo* Non. *Pædio ſ. παιδίῳ* id. *Phœniſſis* Feſt. *Pico* id. *Præcone poſteriore*

Non.

Non. *Pullis eſcam*; vel *Pullis* id. *Quæſtione* id. *Surdo* Feſt. *Tabellaria* Non. *Togularia* Feſt. *Triperdita* Non. *Vindemiatoribus* id. *Virgine prægnante* id. *Zona* id. Hæc ex Chriſtophori Waſe exercitatione ſecunda ſtricturarum Nonianarum Oxon. 1685. 4.

*Antonium Auguſtinum* Epiſcopum Ilerdenſem fragmenta latinorum Poetarum perqvam diligenter congeſſiſſe ſcribit Fulvius Urſinus in Virgilio cum Græcis ſcriptoribus collato pag. 7. & 73. 91.

Noviſſime Janus Brouckhuſius ad Tibullum 687
pag. 381. à *Davide Hoogſtratano* V. C. exſpectare nos brevi juſſit fragmenta Veterum Poëtarum, *Jani Douſæ* & aliorum Virorum doctorum egregiis obſervationibus examuſſim illuſtrata.

*Pervigilium Veneris* Meurſius parte 2. exerc. 688
Critic. p. 143. Catullo: Joſ. Scaliger Q. Catulo Urbicario cujus apud Juvenalem mentio; Salmaſius & Menagius Poëtæ mediæ ætatis circa extremum ſæculi III. at Senecæ Floro tribuit Barthius ad Claudian. pag. 147. edit. primæ & XVI. 6. Adverſar. aliisqve in locis. Idem carmen emendatum cum notis ſubjicitur poëmatis *Jo. Ludovici Praſchii*, Norimb. 1666. 12. Cum commentario *Andreæ Rivini* prodiit ſeparatim Lipſ. 1645. 4. & cum Scriverii & aliorum notis ac Rivini commentario, Hagæ 1712. 8. addito Cupidine crucifixo Auſonii. Galliçam Metaphraſin memorat Jo. Clericus Tom. 24. Bibl. Select. pag. 225. De pervigilii vocabulo qvo ſa-

Digitized by Google

ſacrum nocturnum innuitur, Vide Petronium Burmanni pag. 72.

Baudii amores ex una eademqve editione in titulo jam Hagam jam Lugdunum Batavorum jam Amſtelodamum referre videas.

*Luxurii* Poëtæ veteris Chriſtiani nonnulla etiam mecum communicavit Nobiliſſ. Chriſtophorus Woltereck, Glückſtadienſis. Vide itidem, qvæ Almeloveenius Poematis veteribus inſeruit pag. 10. ſeqq. & auctor Ephemeridum Lipſienſium, editarum Germanicè A. 1710. (ausführl. Bericht von neuen Büchern) pag. 1010. ſeq. nec non qvæ ad Claudiani idyllium de Apono p. 852. Nic. Heinſius, ex epigrammatis Luxurii ineditis qvæ apud Petrum Scriverium vidit, illud de aqvis calidis Cernenſibus integrum proferens: tum qvæ in tomo tertio theſauri novi Antiqvitatum Romanarum Sallengriani p. 165. & 234 ſeq. illuſtris Cuperus in diſſ. de elephantis in numis.

Cæterum in MSto Codice Salmaſii inter pervigilium Veneris atqve Luxurii hujus poematia interſunt paginæ 48. in fol. Vide Menagiana Tom. 3. p. 14. & 81. nec non Tom. 4. p. 310. edit. Amſtelod.

Jambi qvos *ἀνεχομένῳ* Apuleji oppoſuit Jacobus Durantius Caſellius, exſtant in ejus variis lectionibus lib. 2. c. ult.

690 Locum in Auſonii Cupidine cruci affixo illuſtratum videre licet in Memoriis Trevoltinis A. 1714. p. 469. & A. 1717. pag. 1181. 1189.

Erphor-

Erphordiæ A. 1501. 4. junctim excusa prodierunt: Hesiodi laus Musarum. *Lactantii* carmen de resurrectione. *Ovidii* de phœnice ex libro XIV. Metamorphos. *Ausonius* de Pascha. *Claudiani* carmen de Christo. Baptistæ Mantuani ad B. Virginem votum. Angeli Politiani hymni duo de diva Virgine. Dom. Palladii carmina de diva Anna & de moribus archigrammateorum, cum commentario Georgii Burchardi Speltini.

In tomo X. Bibliothecæ Patrum Lugd. 1672. 695
leguntur ex editione Moguntina 1603. 4. Christophori Broweri S. I. expressi libri XI. carminum & Epistolarum *Venantii Fortunati*, nec non libri IV. de vita Martini Turonensis carmine heroico, cum tribus Elegiis, una de excidio Thuringiæ, altera ad Justinum juniorem Imp. & Sophiam, & tertia ad Artachin. De se ipse Venantius lib. VIII. carm. 1. p. 571.

De aliis Venantiis vide Sirmondum pag. 28. ad Ennodium.

Chorus Poëtarum lustratus & illustratus, sive Corpus qvod *Alexandro Ficheto* S. I. curante prodiit Lugd. 1616. 4. obscœna expungit, cæterum auctius priore est, adjectis poëtis *Manilio*, *Columella*, *Boëthio*, *Sereno Sammonico*, *Rhemnio*, *Mario Victore*, *S. Paulino*, *Sedulio*, *Aratore*, *Prospero* Aqvitanico, *Ennodio*, Idylliis *Cypriani*, *Lactantii*, *Hilarii*, *Dracontii*, fragmentisqve *Senecæ* & *Petronii*: adjuncto museo sive indice duplici

Rhe-

Rhetorico & Poëtico in omnes Poëtas, Kalendario item veteri Pontificio & ruſtico Romanorum cum Ficheti notis p. 1171 – 1208.

Exſtat & tertia corporis Poëtarum Latinorum editio A. 1627. primæ Anni 1611. veſtigiis inſiſtens. Deniqve auctius longe & è melioribus editionibus expreſſum 2. Volum. in fol. typis nitidis, Lond. 1713. apud J. Nicholſon, B. Tooke & J. Tonſon, cum indice poëtico Farnabiano deſcriptionum, imaginum, rerumqve dedit Clariſſimus Vir *Michael Maittaire*, atqve Sereniſſ. Subaudiæ Duci, Franciſco Eugenio dedicavit hoc titulo:

# Opera & fragmenta veterum Poëtarum Latinorum, Profanorum & Eccleſiaſticorum.

## VOLUM. I.

M. Accius Plautus. pag. 1.
Publ. Terentius. 225.
Tit. Lucretius. 293.
C. Val. Catullus. 342.
Pub. Virgilius Maro. 359.
Q. Horatius Flaccus. 442.
Alb. Tibullus. 494.
Sext. Aul. Propertius. 508.
P. Ovidius Naſo. 534.
Gratius Faliſcus. 754.
M. Manilius. 758.

Phæ-

iædrus. 786.
in. Moder. Columellæ de cultu hortorum li-
er. 800.

## VOLUM. II.

. Ann. Senecæ Tragœdiæ p. 805.
Aul. Perſius Flaccus 884.
M. Ann. Lucanus. 890.
ilius Italicus. 940.
P. Papinius Statius 1015.
C. Valerius Flaccus. 1107.
D. Jun. Juvenalis 1142.
uplicia 1167.
M. Val. Martialis. 1168.
Maurus Terentianus. 1247.
Palladii Rutilii Tauri liber de inſitione, ad Pa-
ſiphilum. 1267.
M. Aur. Olymp. Nemeſianus. 1269.
Fit. Calphurnius. 1274.
Dec. Auſonius. 1280.
Ruf. Feſt. Avieni periegeſis, ora maritima &
fabulæ p. 1325. & Arati Metaphraſis (p. 1551.)
Cl. Claudianus. 1343.
Rutilius Claud. Numatianus. 1410.
C. Soll. Sidonius Apollinaris. 1415.
Mart. Min. Fel. Capell. 1442.
A. Manl. Torq. Sev. Boetius. 1449.

*Authores, quorum Fragmenta & varia quædam opuſcula, ex Rob. Stephani, Petr. Scriverii, Joſ. Scaligeri, & P. Pithœi Collectaneis potiſſimum decerpta ſunt.*

LIv. Andronicus. p. 1456.
QVint. Ennius. 1457.

M. Acc.

M. Acc. Plautus. 1470.
Cn. Nævius. 1473.
Mar. Pacuvius. 1497.
St. Cæcilius. 1484.
Lu. Accius. 1487.
Cai. Lucilius. 1496.
Sex. Turpilius. 1507.
Gn. Matius. 1509.
Ln. Afranius. 1510.
Qvint. Trabeas. 1514.
C. Licinius Imbrex. 1514.
Qvint. Novius. 1514.
Lu. Pomponius. 1515.
Dec. Laberius. 1517.
Qvint. Catulus. 1519.
Qvint. Atta. 1520.
Pub. Syrus. 1520.
Por. Licinius. 1523.
Val. Ædituus. 1524.
C. Licinius Calvus. 1524.
C. Helvius Cinna. 1524.
M. Furius Bibaculus. (1525.)
P. Ter. Varro Atacinus. (1525.)
C. Ticida. (1525.)
Furius Antias. (1526.)
Laur. Tullius. (1526.)
T. Valgius. (1526.)
Lu. Varius. (1527.)
Dom. Marsus. (1527.)
Cæs. Bassus. (1527.)
Æm. Macer. (1528.)

Ra-

C. Rabirius (p. 1528)
C. Aſin. Gallus. (1528.)
Corn. Severus, (1528.) & (1583.)
Pomponius Secundus (1129.)
Cn. Getulicus. (1529.)
Sex. Hæna. (1529.)
C. Pedo Albinovanus. (1530.) & (1589.)
Volc. Sedigitius. (1530.)
Aul. Serenus. (1530.)
Septimius Afer. (1531.)
M. Ter. Varro. (1531.)
Titinius. 1541.)
Suevius. (1542.)
Albinus. (1542.)
Alphius Avitus. (1543.)
Ilius. (1543.)
C. Granius. (1543.)
Memor, al. Memmius. (1543.)
[C.] Julius [Cæſar Strabo.] (1543.)
Sempronius Gracchus. (1543.)
Vxrius. (1543.)
Cil. Mæcenas. (1543.)
P. Pomponius Secundus. (1543.)
Sempronius Gracchus. (1543.)
Rutilius Geminus. (1543.)
Incerti Tragici. (1543.)
M. Tull. Cicero. (1545.) & (1548)
Germanicus Cæſar. (1547.) & (1563.)
Seneca Philoſophus (1566.)
Petronius Arbiter. (1567.)
Petronius Venuſianus. (1573.)



Digitized by Google

Petronius Antigenides. (p. 1573.)
Petronius Hilarus. (1574.)
Petronius Levita. (1574.)
Alcimus. (1574.)
Eugenius. (1574.)
Evantius. (1574.)
Q. Cicero. (1574.)
Pentadius. (1574.)
P. Virgilii Juvenilia, &c. (1574.)
P. Ovidius. (1582.)
Incerti Auctoris Moretum. (1587.)
Val. Cato. (1588.)
Incerti Auctoris Copa. (1589.)
M. Ann. Lucani ad Piſonem. (1590.)
Q. Serenus Samonicus. (1592.)
Incerti Auctoris Phœnix. (1599.)
Marcellus. (1600.)
Ruffinus de metris. (1601.)
Priſciani periegeſis. (1602.)
Cœl. Sympoſius. (1609.)

## POETÆ ECCLESIASTICI.

Q. Sept. Flor. Tertullianus. 1525.
Cæc. Cyprianus. 1537.
Juvencus. 1539.
Hilarius. 1559.
Marius Victorinus. 1561.
Ambroſius. 1563.
Cl. Marius Victor. (1567.)
Damaſus. 1579.

Aur.

Aur. Prudentius Clemens. p. 1580.
Poutius Paulinus. 1640.
Proba Falconia. 1654.
Sedulius. 1660.
Epigtamma ex Barthii X. 9. Adverſar. 1673.
Liberii & Beliſarii de Sedulio acroſtichides. 1673.
Honorii I. Pontif. Max de Apoſtolis CHriſto aſcendente obſtupeſcentibus. 1673.
Alcimus Avitus. 1673.
Venantius Honorius Fortunatus. 1693.

ad calcem ſubjiciuntur
OMISSI.

COrnel. Gallus.
Maximianus.
L. Apuleius.

# CAPUT II.

## DE POETIS CHRISTIANIS.

Ad pag.

De Prudentio præter alibi a me laudatos 697 conſulere juvabit Tillemontium Tom. X. memor. Eccleſ. p. 560. ſeqq. Jo. Petrum Ludewig in vita Prudentii Witeb. 1692. atqve inter ejus opuſcula A. 1719. fol. junctim excuſa Halæ Saxonum pag 494. Polycarpum denique Leyſerum in hiſtoria poëtarum medii ævi ſtatim ſub initium.

Hic eſt *Clemens* qvem inter Poëtas Chriſtianos laudat Rabanus III. 18. de inſtitutione Clerico.

ricorum, Tom. 6. Opp. pag. 41. eundemqve diſertiſſimum ac Chriſtianiſſimum appellat libro de ordine Sacram. cap. 12. p. 53. Dungalus Diaconus Pariſ. qvi circa A. C. 821. ſcripſit, libro de imaginibus contra Claudium Taurinenſem Tom. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 220. *Aurelius Prudentius Clemens vir Conſularis ac Iberorum doctiſſimus, eodem fidei ac devotionis ſtudio flagrans,* Chriſtianorum Maro & Flaccus dicitur Bentleio pag. 66. ad Horatium.

De Calagurri Naſcia, Vaſconum, Prudentii patria diatribam auctore G. L. exhibet Diarium literarium Hallenſe Germanice editum, Ntue Bibliothec XXVI. p. 475.

Natus fuit Prudentius Salia Conſule A. C. 348. Vide Sirmondum p. 70. ad Ennod.

Alius Prudentius, Epiſcopus Turiaſonenſis in Arragonia de qvo Acta Sanctor. 28. April. Tom. 3. p. 587. ſeq.

In libros duos contra Symmachum, minus emendate excuſos, commentaria Iſaaci Grangæi Gymnaſiarchæ Vindocinenſis adſpexere lucem Pariſ. 1614. 8. is putat Prudentium eos ſcripſiſſe A. C. 403. cum viginti annis poſt relationem ab S. Ambroſio confutatam Symmachus iterum auſus fuiſſet Imperatores Arcadium & Honorium pro ara Victoriæ ſollicitare. Nec paucos fuiſſe in Senatu qvi cum Symmacho facerent, colligas ex eo, qvod Prudentius 1. in Symmachum v. 609.

*Aſpi-*

Digitized by Google

*Aſpice quam pleno ſubſellia noſtra Senatu*
*Decernant infame Jovis pulvinar - -*

In Chriſtianis Poëtis ab Aldo Manutio junctim editis Venet. 1502. 4. cum præfatione ad Danielem Clarium Parmenſem in urbe Rhacuſa bonas literas publice profitentem, nullus Prudentio locus datus eſt, ſed in illa occurrunt

1) *Sedulii* presbyteri mirabilium divinorum libri IV. Elegia in Chriſti laudem, in qva finis pentametri eſt ſimilis principio hexametri, publicata à Turtio Rufo Aſterio Qvinto V. C. exconſule ordinario atqve patritio, *Cantemus, Socii, Domino cantemus honores.*

Hymnus *A Solis ortus cardine*, initiis tetraſtichorum exhibens omnes literas Alphabeti.

2) *Juvenci* hiſtoriæ Evangelicæ libri IV.

3) *Aratoris* Subdiaconi Rom. Eccleſiæ Cardinalis Apoſtolicæ hiſtoriæ libri II. præmiſſis duabus ad Florianum Abbatem & Virgilium Pontificem brevibus elegiis.

4) *Probæ Falconiæ* Centronis * clariſſimæ fœminæ excerptum è Maronis carminibus ad teſtimonium Veteris noviqve Teſtamenti opuſculum.

5) *Lactantii Firmiani* de reſurrectionis Dominicæ die elegia, & de paſſione Domini, carmen heroicum.



* Ita dicta quod ſcripſit cantonem, κέντρωνα.

6) *Cæcilius Cyprianus* Episcopus Carthaginensis de ligno crucis.

7) Tipherni deprecatoria ad B. Virginem elegia,

*Virgo decus cœli, virgo sanctissima, virgo*
*Quæ super angelicos es veneranda choros.* &c.

Oratio ad eandem, versu heroico:

*Regum sancta parens alto quæ sanguine ducis*
*Principum* - - -

Precatio matutina ad omnipotentem DEum.

*Omnipotens quem mente colo, Pater unice rerum.*

8) *S Damasi* Episcopi de laudibus Pauli Apostoli, versus hexametri.

9) Elegia in Hierusalem.

10) Odæ & carmina qvædam Raphaelis Zovenzonii Poëtæ.

Addita etiam prosaria scripta α) *Severi Sulpicii* liber de vita S. Martini cum præmissa ad Desiderium Epistola. Ejusdem Sulpicii Epistolæ 1) ad Eusebium presb. postea Episcopum 2) ad Aurelium Diaconum & 3) ad Bassulam de libello obitus S. Martini. Dialogi III. de miraculis S. Martini Episcopi. De translatione corporis S. Martini.

β) B. Nicolai Myrensis Episcopi vita è Græco versa Latine à Leonardo Justiniano, Patricio Veneto ad Laurentium fratrem.

Vo-

Digitized by Google

Volumen claudunt Græci ſine auctoris nomine Homerocentones * addita latina proſaria verſione, & præmiſſa Petri Candidi monachi qvi illa ex Codice MS. deſcripſit, correxitqve ad Aldum Epiſtola, & hoc Scipionis Carteromachi hexaſticho:

Εἰ, τὸ δοκεῖν, μύθοισιν ἐπέτρεπεν αὐτὸν Ὅμηρος,
Ἀλλ' ἱεροῖς πάντως ἤθελε ταῦτα πρέπειν.
Θαῦμα γὰρ, εἴτ' ἄλλωσγε λελεγμένα πολλὸν ἀπ' αὐτῶν
Τοῖς θείοις ἔργοις ἥρμοσ' ἀρειοτέρως.
Ἀλλὰ δ' Ὁμηρείων μάλα γ' ἄξιος ἔστος ἐπαίνων
Ὅσις ἄρ' εἰς τάδε μιν θεία μεθηρμόσατο.

Ut ad Prudentium revertar, prodiit ille Daventriæ 1472. 4. atqve eſt mihi ad manus editio antiqva in 4 ſine anni nota, locive, ad cujus calcem hæc verba leguntur: *Aurelii Clementis Prudentii opera prudens lector hoc ordine impreſſa invenies. Primum in utrumque teſtamentum tetraſticha. Deinde eum quem de Divinitate librum ſcripſit, Apotheoſinque titulavit. Pſychomachia ſequitur. Hamartigenia his recto ordine additur. Peri ſtephanon ſubditur, ſic enim Græce liber ad martyrium invitatorius inſcribitur. Diurnorum vero hymnorum*



* De his ſive Pelagii Patricii ſive Eudociæ Homerocentonibus eorumque editionibus aliis dixi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 7.

Digitized by Google

*libro*, (*qui & cathemerinon dicitur*) *& eo quem contra Symmachum*, *idololatriam defendentem scripsit pulchro & recto ordine totum opus consummatur.*

Carmen in Romanum martyrem, cum amplo *Jo. Murmelii* Ruremundensis commentario prodiit seperatim Coloniæ in chalcographia ingenuorum liberorum Qventell, 1507. 4.

*Jacobi Spiegel* Seleſtadiensis commentarius in hymnum de CHristi miraculis ad omnes horas, *da puer plectrum*, Seleſtadii in ædibus Lazari Schurerii 1520 fol. Ad calcem voluminis exstat Jacobi Wimphelingii Epistola, in qva *facessant*, inqvit, *Catullus*, *Tibullus*, *Propertius: cum exstent Sedulius*, *Prudentius*, *Baptista Mantuanus*: *pro Martiali tutius legantur epigrammata Buschii*, *Murmelii*, *Sapidi.* Verum si gemmæ in argentea theca vel plumbea merito præferendæ sunt auro carbones tegenti, non ideo plumbum ipsum vel argentum auro præstat, neqve aurum facessere jubebimus.

*Georgii Fabricii* Chemnicensis in pæanas tres Prudentii, Sedulii, Fortunati de vita & morte CHRISTI, & in hymnos tres alios Prudentii & in Romanum martyrem expositio. Lypsiæ 1568. 8. subjuncta adagiorum annotatorum centuria

*Augusti Buchneri* commentarius in Prudentii hymnum de CHristi Natali. Witeb. 1643. 8.

Ad calcem historiæ Trojanæ Daretis Phrygii qvam Lipsiæ 1498. 4. edidit & Martino Polichio Meller-

Digitized by Google

lellerſtadenſi dicavit Johannes Majus Romiltenſis, ſubjiciuntur Prudentii hymni tres, 1] de Phaſe populi Iſraëlitici. 2] de miraculis ſalvatoris noſtri, 3] de qviete & ſomno, divino munere.

Prudentius cum *Antonii Nebriſſenſis* commentario & ſcholiis *Jo. Sichardi* qvi lex Codd. MSS. uſum ſe teſtatur, vidit lucem Antwerp ex Jo. Steelſii officina 1540. 8. Cum Sichardi ſcholiis jam prodierant Prudentii carmina Baſil. 1527. 8 apud Cratandrum, atqve iterum apud Henricum Petri.

Cum notis *Jo. Sichardi* & *Erasmi* Lugd. 1553. 8.

Aurelius Prudentius Clemens *Theodori Pulmani* Cranenburgii & *Victoris Giſelini* opera ex fide decem librorum MSS. emendatus, & in eum ejusdem Giſelini commentarius. Antwerp. ex officina Chriſtoph. Plantini 1564. 8. ſubjuncto ad calcem voluminis, Eraſmi in hymnos duos commentario.

Ex Giſelini recenſione Pariſ. 1566. & Lugd. Bat 1596. forma minore.

Prudentius in uſum ſcholarum ex poſtrema doctorum virorum recenſione editus Luneb. 1648. 12. Omitto editiones in Bibliothecis Patrum & in Corporibus Poetarum obvias.

Prudentius cum notis *Nic. Heinſii* & variorum doctorum virorum maxime neceſſariis, [*Iſonis* Magiſtri præcipue & *Antonii Nebriſſenſis*] cum præfatione *M. D. Mulleri*, Colon. 1701. 8 parum emendata parumqve nitida editio.

De optima omnium *Chamillardiana* Prudentii editione vide acta Erud. Tom. 1. ſupplem. pag. 126. De *Cellariana* A. 1703. p. 154. Chamillardus de interpretibus ante ſe Prudentii hoc fert judicium: *Giſelinus* ſectatus tantum ea qvæ omnium erant facillima & minime ſcitu neceſſaria, lapſus in multis etiam & hallucinatus eſt. *Nebriſſenſis* hæret in Prudentio magis, ſed eſt brevior & ſingula delibare ſatis habet: qvæ ad fabulam, hiſtoriam & penitiorem ſcriptoris cognitionem reqviruntur, omittit. Qvid qvod apotheoſin, hamartigeniam, duos contra Symmachum libros, qvi ſunt præ cæteris tamen digniſſimi, qvi legantur, non attigit. Reſtat *Heinſius*, cujus variæ lectiones in Prudentium adſperſis interdum lectiſſimis notulis perqvam eruditæ ſunt & accuratæ, ut ab Heinſio profectas facile noris. *Weitzius* *) cum editas hacteuus in Prodentium notas collegiſſet, addidit etiam ſuas, easqve minime contemnendas: hoc uno cæteris ſuperior, qvod veterum auctorum locos indicet, ac eos præcipue ſacræ Scripturæ qvos Prudentius operi ſuo intexuit. Mitto *Jacobum Spigelium*, cujus notæ in Oden *omnis hora* non ſolum ſunt propter nimiam prolixitatem moleſtæ, verum etiam minutis quibusdam ac pæne puerilibus nugis ab ipſa Grammatica repetitis refertæ. Mitto etiam

* Idem *Weitzius* Francof. 1643. 8. edidit Heortologium ſive hymnos feſtivales ex Poëtis veteribus qva recentioribus excerptos, notisque illuſtratos.

Digitized by Google

iam *Adamum Siberum*, b) *Georgium Remum*, *Adamum Theodorum Siberum*, d] *Andream Wilum*: qvorum alii verba ſex interdum aut eptem protulerunt in hymnos tres, aut qvauor totos, alii in unum duntaxat: ut merito b interpretum Prudentii numero ſint expungendi. Aliter ſentiendum de ſcholiis *Iſonis*, væ qvamvis admodum breviaſint, qvicqvid ſt tamen gravioris nodi ſolvunt. Habendus dem honos *Georgii Fabricii* notis in Poëtas Ecleſiaſticos, & hymnos qvinqve Prudentii qvos luſtravit. Claudet agmen interpretum *Eraſmus*, qvi qvamvis in duobus tantum poſtremis Cathemerini hymnis elaboraverit, qvia tamen vir fuit, ſi qvis alius ſua tempeſtate, acuti & limati judicii, operæ pretium fecit, ac documento eſſe poteſt qvam non Prudentius ab eruditis negligendus ſit. *Hactenus Chamillardus.*

Andreas Wilckius Gymnaſii Gothani Rector præclare meritus A. 1610. 8. prælis dedit ἐορτογραφίαν in duas partes tributam, quarum *priore* continentur commentarii in hymnos veterum

b) *Adamus Siberus* Lipſiæ 1575. 8. vulgavit breviarium Chriſtianum, continens doctrinam, preces, Cantica & hymnos Eccleſiæ: Nec non ibid. 1580. 8 enchiridium pietatis puerilis oratione numeroſa ex antiquorum & recentium monumentis recenſitum diſtinctumque libris IV.

c) *Georgii Remi* notæ in loca quædam Prudentii Cathemerinon, Apotheoſin, Hamartigeniam, Pſychomachiam & contra Symmachum leguntur in editione Weitziana pag. 508-519.

d) *Adami Theodori Siberi* notæ in hymnum X, XI, & XII. Cathemerinon, ibid. p. 520-527.

Digitized by Google

terum recentiumqve poëtarum. 1) P. Lo chii Secundi in Nativitatem Chriſti. 2) Geo gii Buchanani in diem Dominicam. 3) J Stigelii in Calendas Januarias ſive Circumc ſionis Feſtum. 4) *Prudentii* in Epiphania ſiv trium Regum. 5) Jo. Poſſelii in Feſtum Pu rificarionis Mariæ. 6) *Juvenci* in Annunciatio nem. 7) Joach. Camerarii in Paſſionem, Mortem & Reſurrectionem Chriſti. 8) Ba ptiſtæ Mantuani in Aſcenſionem. (9 P. Lo tichii Secundi in feſtum Pentecoſtes. 10) Paul Meliſſi in SS. Trinitatis feſtum. 11) Frid Taubmanni in Joannis Baptiſtæ. 12) Actii Synceri Sannazarii in Viſitationem Mariæ. 13) Philippi Melanchthonis in feſtum Michaelis. 14) Chriſtophori Wineri in Adventum Domini. *Poſteriore* parte exhibentur & illuſtrantur carmina & hymni in feſta Apoſtolorum 1) in S. Andream, Jo. Baptiſtæ Mantuani 2) in S. Thomam, Nonni Panopolitani. 3] in S. Johannem Evangeliſtam & Apoſt. M. Hieron. Vidæ. 4] in SS. Philippum & Jacobum, M. Hulderici Buchneri, 5] in S. Petrum Apoſtolum, Joach. Camerarii. 6] in S. Jacobum majorem, M. Hulderici Buchneri. 7] in S. Bartholomæum, Jo. Baptiſtæ Mantuani. 8] in S. Matthæum, Nic. Rudingeri, 9] in Simonem & Judam, Joh. Baptiſtæ Mantuani.

698 Prudentii Codex perantiqvus ſeptimo vel octavo ſeculo ſcriptus exſtat Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana, qvo nullum alium remo-

Digitized by Google

notioris antiqvitatis vidisse se testatur Bernardus de Montfaucon Diar. Italic. pag. 18. Cocem præclarum Urbinatem Alexander VII. aticanæ addidit Bibliothecæ, qvem laudat Holstenius diss. de veribus Dianæ Ephesiæ.

*Claudii Marii Victoris* sive Victorini * li- 699
ros III. in Genesin, versibus hexametris scritos, ex interpolata Gaignei editione recudi curarunt etiam Bibliothecæ Patrum conditores. Confer Christiani Daumii notas ad Paulinum Petrocorium pag. 320. Alcimi & Victoris carmina edidit Jo. Gaigneius, Parisiensis Theologus Lugd. 1536. 8.

*Dracontii* Hispani ** presb. carmine scri- 700
ptum epico Hexaëmeron cum elegia ad Theodosium juniorem Augustum extat & in Bibl. Patrum Lugd. Tomo IX. pag. 724. & Tom. 2. Opp. Sirmondi pag. 890. Prodiit etiam cum indice, glossario & notis Jo. Weitzii Francof. 1619. 8.

Epistolam *Alcimi* ad Apollinarem in notis ad Ennodium pag. 67. vulgavit & Homiliarum qvoqve Aviti MStarum meminit Sirmondus.

Obiit Avitus A. C. 523. Laudatur à Venantio Fortunato lib. III. carm. 26. sqq. Tom. X. Bibl.

RICARDI PLUTONIS *carmina.*
ALDREMANNI LONDINENSIS *carmina.*
BALDWINI DEVONII *carmina.*
HENRICI SUINESII *poemata.*
CONRADI HIRSAUGINENSIS de *laudibus S. Benedicti.*
MAURITII SOMERSETI *carmina.*
GUILHELMI PEREGRINI *hodœporicon Richardi regis.*
RICARDI CANONICI *epigrammata.*
JOSEPHI DEVONII *Antiocheis* & alia *carmina.*
GUALTERI MAPES varia *carmina.*
MAVRITII MORGANII *epigrammata & carmina.*
GUNTHERI *Martyrium S. Cyriaci.*
Ej. *Solymarius.*
GERVASII de MELKALEGA *carmina.*
ALEXANDRI ESSEBIENSIS *carmina.*
GVILIELMI BRITONIS *Karlotis.*
ALEXANDRI NECKAM *carmina.*
HELINANDI *Rythmi.*
MICHAELIS BLAUNPAYN *carmina.*
JOANNIS GRAMMATICI *carmina.*

# CAPUT III.

## DE SCRIPTORIBUS ANTIQVIS Christianis.

Ad pag.

727 Collectiones ſcriptorum Eccleſiaſticorum, ſive minores ſive majores illas, quæ Bibliothecæ Patrum vulgato titulo appellantur, accurate recenſitæ videri poſſunt, in erudito Rev. Viri, mei qvondam Præceptoris *Thomæ Ittigii* Theol. ac Superintend. Lipſienſis (beate defuncti *A.* 1710. 15. April.) tractatu de Bibliothecis & catenis Patrum, variisqve veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum collectionibus Baſileenſibus, Tigurinis, Pariſienſibus, Colonienſibus, Lugdunenſibus, Leidenſibus, Ingolſtadienſibus, Antvverpienſibus, Romanis, Venetis, Mediolanenſi, Moguntinis, Bonifontis, Inſulana, Divionenſi, Rotomagenſi, Toloſana, Londinenſibus, Trajectenſi, Genevenſibus, Hamburgenſibus, Cygneis, Lipſienſibus & aliis Lipſ. 1707. 8. Prætermiſſas ſupplere animus mihi eſt in ultimo Bibliothecæ meæ Græcæ volumine.

*Robertus Gerius* Caveigener, & ipſe florentibus annis vita exceſſit Calendis Octobribus anni 1707. perinde ut *Henricus Warthonus*, qvi ambo in elaborandis poſterioribus Cavei Hiſtoriæ literariæ ſcriptorum Eccleſiaſticorum ſæculis ab A. C. 1300. ad 1517. laudatam operam poſuerunt.

Car-

Digitized by Google

Carmen Heroicum verſuum plus minus 400. de paſſione Domini noſtri JEſu CHriſti *ad Petrum Donatum Paduanæ Urbis Epiſcopum*, qvod velut incerto auctore libris Abdiæ à Lazio, Baſil. 1551. fol. præfixum eſt, debetur *Hieronymo Paduano*, jamqve ante illud tempus prodiit Lipſiæ, Viennæ 1510. 4. & alibi: etiam à Pulmanno inde vulgatum eſt Antwerpiæ. Vide Chriſtiani Daumii epiſtolas ad Boſium, Gebhardum &c. A. 1709. 8. Chemnitii editas pag. 271. 274. Paduanus ille claruit circa A. C. 1494.

Diverſus eſt *Tertullianus* Eccleſiaſticus ſcriptor 727
licet & ipſe juris peritus, * à Tertulliano JCto, cujus qvædam in Digeſtis habemus: ut recte notavit Valeſius pag. 24. ſq. ad Euſeb. & Grotius ad Tit. III. 13. Fuit qvoqve S. Tertullianus Epiſcopus Bononienſis de qvo Acta Sanctorum Tom. 3. April. pag. 494. tum S. Tertullinus de qvo Tom. 1. Junii pag. 630. nec non Tertullianus Hirenenſis, cujus mentio in Collatione Carthaginienſi.

De Tertulliani circa A. C. 205. in Montaniſtarum ſectam prolapſi, & circa A. 220. defuncti vita, ſcriptis & doctrina præter editores, & *Tillemontium* tomo tertio memoriarum Eccleſiaſt. Gallice vulgatarum & *Nic. le Nourry* apparatu ad Bibliothecam Patrum Tom. 2. pag. 1173. ſeq. aliosqve qvi de ſcriptoribus Eccleſiaſticis tradidere, conſulere juvabit *Petri Allixii* diſſertationem de Tertulliani vita & ſcriptis, ſine au-

* Vide qvæ notavi ad Hieron. de ſcriptoribus Eccleſ. c. 53.

Digitized by Google

auctoris nomine Latine editam Pariſ. 1680. 8. (cnm ejusdem diſſ. de ſanguine D. N. JEſu CHriſti ad Epiſtolam CXLVI. Auguſtini, & tertia de Conciliorum qvorumvis definitionibus ad examen revocandis.) Hujus epitome eſt qvæ Gallice præfigitur editioni Latino Gallicæ Apologetici Amſt. 1701. 8. *Extrait d' une diſſertation critique touchant Tertullien & ſes ouvrages.* Exſtat qvoqve Hiſtoire de Tertullien & d'Origene par *Mr. de la Motte* Paris 1675. Lugd. 1691. 8.

*Paganini Gaudentii* ſalebræ Tertullianeæ *Flo*rent. 1639. 4.

Syſtema Theologiæ theoreticum & practicum ex dictis Tertulliani & Cypriani concinnatum ab *Hermanno Rathmanno.* Gedani 1620. 4. opponendum Theodori Petreji, Carthuſiani Confeſſioni Tertullianianæ Pariſ. 1603. 8.

Le genie de Tertullien, par *de Fayolle.* Pariſ. 1662. 4.

Tertulliani Opera ex editione *Beati Rhenani*, cum ejus ſcholiis. Baſil. 1521. fol. In Rhenani argumentis & ſcholiis expurganda qvæ notet index Romanus, vide Tom. V. Obſervat. ſelect. Hallenſ. pag. 314. ſeq. Rhenanus ad calcem Tertulliani edidit ſine nomine auctoris definitiones Eccleſiaſticorum dogmatum, qvas deinde *Gennadio* Maſſilienſi Elmenhorſtius vindicavit. Ad Tertullianum ipſum Rhenanus uſus eſt duobus Codicibus MSS. uno Hirſaugienſi & altero Paterniacenſi, Colmarienſis Decani Jac. Zimmermanni. *Utinam*, inqvit, *mihi*

Digitized by Google

*mihi copia fuiſſet exemplaris quod in Gorzienſi cœnobio ſervatur ad tertium miliarium ab urbe Mediomatricum, & item ejus quod apud Fuldam exſtat, vel ejus quod eſſe Romæ ferunt.* Recuſa eſt Rhenani editio Baſil. 1525. 1528. 1539. In primis Rhenani editionibus deſiderantur qvos deinde addidit Jo. Gagnæus Theologus Pariſ. *liber de Trinitate, de teſtimonio animæ, de anima, de ſpectaculis, de baptiſmo, Scorpiace* contra Gnoſticos martyrium adſpernantes, *de idololatria, de pudicitia de jejunio* adverſus Pſychycos, *de oratione* & *Epiſtola de cibis Judaicis*, & qvi in omnibus ante Rigaltianis deſunt, *libri duo ad Nationes.*

Ex recenſione *Sigismundi Gelenii* Baſil. 1550. 1562. fol. apud Froben. & ex recenſione poſteriore ejusdem Telenii, qvi Britannicum Codicem ex Masburenſi cœnobio accepit communicatum ipſi à Jo. Lelando. In illo Codice fuere liber de reſurrectione, de præſcriptionibus adverſus hæreticos, de monogamia, de Trinitate, de Teſtimonio animæ, de anima, de ſpectaculis, de baptiſmo, Scorpiace, de idololatria, de pudicitia, de jejunio, de cibis Judaicis & de oratione. Elegans hæc & nitida editio Pariſ. apud Andream Wechelum 1566. 8. duobus voluminibus: integras Rhenani notas ſingulis libris præmiſſas exhibet, & apologetico adjunctum *Franciſci Zephyri* Florentini commentarium, ſive paraphraſin antea haud editam

Cum

Cum notis *Jacobi Pamelii* Brugenſis, qvi opus abſolvit Duaci 1579. Prodiit illo anno Antw. fol. recuſum Pariſ. 1583. Antwerp. 1584. & apud. Commelin. 1609. & Coloniæ 1617. fol. ap. Antonium Hierat. & Rothomagi 1662. fol.

Ex recenſione *Renati Laurentii de la Barre*, Tertullianus & Arnobius Pariſ. 1580. fol.

Tertullianus cum notis Rhenani, Pamelii & *Franciſci Junii*. Franeck. 1597. fol. *Hæc* editio cum Joſephi Scaligeri caſtigationibus exſtat in Bibl. Leidenſi. Vide ſis etiam Voſſii præf. ad libros de Hiſtoricis Latinis. Jac. Gretſeri vindicationem qvorundam locorum Tertullianeorum &c.

Cum notis Pamelii, emendationibus *Latini Latinii* (editis Romæ A. 1584.) & in librum de pallio notis *Joannis Merceri*. Pariſ. 1598. fol. 1608. fol.

Scripta Tertulliani pleraqve cum argumentis, explicationibus & notis *Ludovici de la Cerda*. Pariſ. 1624. fol. 2. Vol. & Pariſ. 1641. fol.

Tertullianus redivivus ſcholiis & obſervationibus prolixis illuſtratus à *Georgio Ambianate* Capuccinio. Pariſ. 1646. 1648. fol. 3. Vol. Negat Rigaltius redivivum dici poſſe, qvi ſub horrendis vægrandium commentariorum ſarcinis obrutus ſit & contritus.

Omniloqvium Tertullianeum ſive Tertulliani

ani opera à *Carolo Moreau* * Auguſtiniano Ere-
nita ſimili mole commentariorum oppreſſa
ariſ. 1658. fol. 3. Vol.

Huic Georgio Ambianati & Carolo Morello
ungendus *Michaëlis Vivien* Tertullianus prædi-
ans Venet. 1708. 4. ſex tomis, de qvo opere
nentionem faciunt Ephemerides Pariſienſes
ournal des Savans 1708. Fevr. p. 404.

Libri IX. Tertulliani ex codice ** MSto Ago-
bardi in Bibl. Reg. obvio emendati à *Nic. Rigaltio*
& ſine nomine editoris vulgati Pariſ. typis Rob.
Stephani apud viduam Olivarii Varennæi 1628.
8. Libri illi novem ſunt: *de oratione, ad uxorem* libri
duo, *de cultu fœminarum* duo, *de exhortatione caſtitatis*,
*de corona*, *de præſcriptione hæreticorum* & *de Scorpiace*.

Tertulliani opera univerſa ab eodem *Nic. Ri-
galtio* recenſita illuſtrataqve notis & indicibus
atqve gloſſario ſermonis Africani. Pariſ. 1634.
fol. & ſecundis curis 1641. fol. Uſus præterea
Rigaltius libro Caroli Monchalli Toloſatium
Archiepiſcopi, qvi varias lectiones à Fulvio
Urſino ex Vaticano & Fuldenſi MSS. collectas
repræ-

* Calami errore *Cornelius* vocatur in B. Ittigii præf. ad librum de Bibliothecis Patrum pag. XXV. Recte *Carolum* idem dixerat diſſ. 2. de hæreſiarchis c. 13. §. 24.

** Agobardi ille Codex libros XXIV. complexus fuerat, nempe præter novem illos, etiam *librum* 1 & 2. *ad nationes*, nec non *de teſtimonio animæ*, *de ſpectaculis*, *de idololatria*, *de cenſu animæ*, *de oratione*, *de patientia*, *de velandis virginibus*, *de carne & anima*, *de carne CHriſti*: & quæ hodie Tertulliani ſcripta deſideramus, *de ſpe fidelium*, *de paradiſo*, *de animæ ſubmiſſione* & *de ſuperſtitione ſæcu-*

repræsentavit. Novas etiam in Tertullianum observationes suas adjunxit Rigaltius notis in Cyprianum, editis Paris. 1649. fol.

Notæ Rhenani, Pamelii, Latini, cum *Gab. Albaspinæi*, † *Joannis Woverii* & in librum de pallio, Edm. Richerii, Theod. Marcilii, Jo. Merceri observationibus, ad paginas Rigaltianæ editionis accommodatæ. Paris. 1635. fol. Vide Labbeum Tom. 2. de scriptor. Eccles. p. 387.

Tertullianus cum integris Rigaltii, *selectis* Pamelii, Cerdæ aliorumqve & *Philippi Priorii* notis, ima qvavis pagina subjectis, eodem Priorio curante. Paris. 1664. fol.

Nova editio Veneta 1701. fol. cum variorum notis selectis, ad voluminis calcem. Non admodum emendatam esse hanc editionem, notavit Rev. D. Christoph Matthæus Pfaffius, Cancellarius Tubingensis libro de originibus juris Ecclesiastici pag. 244.

In Gallia nuper Tertullianum nova cura expolitum moliebatur dare Mallinganus monachus Benedictinus sed A. 1715. mense Octobr. defunctus: in Italia viri docti exspectare jubent ex *Casp. Scioppii* emendatione, cum notis *Guidonis Pancirolli*, qvem Pamelii lucubrationibus deter-

† *Albaspinæi* notæ in aliquot Tertulliani libros & loca cum ejus Observationum Ecclesiasticarum libris duobus editæ sunt Paris. 1622. 4. Helmst. 1672. 4. *Woweri* emendationes epidicticæ, id est speciminis causa datæ, (male apodicticæ apud Labbeum Tom. 2. descript. Eccles. pag. 387.] viderunt lucem Francof. 1612. 8.

Digitized by Google

eterritum, qvominus ipſe illas in lucem daret, oſſevinus teſtatur.

Emendationes in Tertullianum Pamelii, ex MS. Vaticano & *Petri Ciacconii* conjecturis, MStæ Mediolani teſte Mabillonio, Tom. 1. muſei tal. pag. 210. ſeq.

*Libros duos ad nationes*, ex Codice Agobardi primus edidit notisqve illuſtravit, *Jacobus Godofredus*, Genev. 1625. 4. Fragmentum, *de exorandis Gentium Diis*, Joſephus Maria Svareſius. Rom. 1630. 4. Pariſ. 1630. 8. Vide Sirmondi opera Tom. 4. pag. 659. ſeq. & 667.

*Librum de Orasione* Gallice vertit M. Hobier Pariſ. 1640. 12. integriorem dedit Vir Clariſſ. Lud. Antonius Muratorius tomo tertio anecdotorum Latinorum, Patav. 1713. 4. additis ſuis & Gvil. Panciroli notis. Pars illa hujus libri Tertullianei ante inedita exſtat etiam in Memoriis Trevultinis A. 1719. menſe Febr. & in Ephemeridibus literariis Pariſ. 1719. Decembr. p. 664.

Librum *de præſcriptionibus adverſus hæreticos*, ab Catholico adhuc ſcriptum, contra Dupinii & Allixii ſententiam contendit Tillemontius. Eum cum ſcholiis Jo. Qvintini Hedui excudit Andreas Wechelus Pariſ. 1561. 4. & (omiſſa appendice * qvæ alium habere videtur auctorem) ſcholiis & commentario illuſtratum



* *Hanc* Dodwellus diſſ. de ſucceſſione Pontificum p. 216. & ad Irenæum p. 327. vel ipſi Tertulliano vel ejus æqvali tribuen-

*Christianus Lupus*, Iprensis, Ord. Eremitar S. Augustini, & Theologus Lovaniensis B xell. 1675. 4. Idem liber separatim cum *Jac. melii* notis editus prodierat Colon. 1594. f ma minore. Et cum Vincentii Lirinensis co monitorio atqve Ed. Campiani & Leonh. Le sii scriptis Lugd. 1622. 12.

Gallice per Aubertum de Maceré. Pari 1562. & Brosseo interprete (par le Sieur de la Brosse) Paris. 1612. 8. Christoph. Augusti He manni emendationes qvædam in hunc *librum* leguntur in Actis Eruditorum ann. 1715. *Julii* pag. 299. & Tom. 6. supplementi pag. 196.

*Liber de patientia*, Germanice per *Lucam Ma jum*, Smalcald. 1582. 12. Gallice interprete Ho bierio Paris. 1640. 12.

Idem cum *libro ad Scapulam*, itidem Germa nica interpretatione à D. *Abrahamo Hinckelmann τῷ μαχαιρίτῃ*. Luneburg. 1682. 12.

*De corona militis* Latine & Gallice *Florimundo Remondo* interprete, Paris. 1594. 1607. 8. Ver terat etiam Gallice Aubertus de Maceré. Paris 1563. Nimis acerbe coronarum usum insectari Tertullianum judicat Carolus Paschalius libro de Coronis p. 46.

Librum *de Carne Christi & de resurrectione carnis* Gallice vertit Lud. Giry. Paris. 1661. 8.

*Librum ad Martyres* Germanice B. D. Abr. Hinckel-

buendam existimat. Tertulliani etiam esse disputat celeberrimus Turneminius in memoriis Trevoltinis A. 1702. mense Augusto p. 311. seq. edit. Amst. Vide tamen qvæ notat B. D. Ittigius præf. ad diss. de hæresiarchis p. 3.

Digitized by Google

:kelmannus. Luneb. 1682. 12. & Gallice præ-
:er Florimundum Remondum Paulus Colome-
ius. Rupell. 1673.

*Libri V. contra Marcionem & de judicio Domini* prodierunt inter Poëtas Chriſtianos Georg. Fabricii. Baſil. 1562. 4. p. 258.

*Carmen de Jona & Ninive* cum caſtigationibus Franciſci Jureti, in Bibliothecis Patrum: & Lipſ. 1681. 8. ad calcem Paulini Petrocorii, edit. Daumianæ. Tertulliani opuſcula poëtica cum notis Andreæ Rivini, Lipſ. 1651. 8.

In *libro de anima* plures errores commiſiſſe qvam in aliis ſcriptis omnibus, judicium eſt Mottani Vayeri Tom. 1. Opp. p. 472. ſq.

*Apologeticus ad Scapulam* * cum antiqvioribus Lactantii editionibus ſæpius editus, ut Venet. 1509. fol. Pariſ. 1509. 4. & apud Aldum 1515. 8.

*Franciſci Zephyri* paraphraſis exſtat in editione operum Tertulliani Pariſ. 1566. 8.

Gallice vertit *Lud. Giry* Pariſ. 1636. 12. 1646. 12. & noviſſime accuratiore cura *Vaſſoultus*, additis notis: Pariſ. 1714. 4. Journal des Savans 1714. Sept. p. 291.

Germanice D. *Abrahamus Hinckelmannus ὁ μακαρίτης*. Luneb. 1682. 12.



* Scapulam fortaſſe Tertullum de qvo Menagius amœnitat. juris p. 187. ſeq. Apologeticum hunc pro altera ἐκδόσει librorum ad Nationes habuit Salmaſius prolegom. in Solin. & de Cruce p. 340. ſeq. Græce etiam verſum olim legit Euſebius. Conſer Steph. le Moyne notas ad Varia ſacra pag. 140.

Cum Gallica verſione Lud. Girii, præm compendio diſſ. Allixianæ de Tertulliani v & ſcriptis recuſus Amſt. 1701. 12.

Hiſpanica verſio *Petri Maneri*, Cæſaraugu 1644. 4.

Cum *Deſiderii Heraldi* Commentario & libr digreſſionum, adjuncto Minucio Felice pr diit Pariſ. 1613. 4. Nonnulla in ſua po Alogeti editione emendat idem Heraldus pag. 60 animadverſionum de jure Attico adverſus Sal maſium.

Cum erudito *Sigeberti Havercamp* commentario deniq; recuſus hic Tertulliani liber Lugd. Bat. 1718. 8.

Codicem MS. Bibl. Gothanæ laudat Rev. D. Sal. Erneſtus Cypriani in Catalogo Codd. MSS. illius Bibl. pag. 9.

*Liber de pallio.*

Cum commentario *Theodori Marcilii*. Pariſ. 1614. 8. & cum notis *Jo. Merceri* in editionibus Tertulliani cum notis Pamelii Pariſ. 1598. 1608. fol. &c. Præter Marcilii & Merceri etiam *Edm. Richerii* obſervationes adjunctas habes in editione notarum Pamelii aliorumqve Pariſ. 1635. fol. Dupinius per errorem inter hujus libri interpretes laudat Marſilium Ficinum.

Cum commentario *Claudii Salmaſii* * Pariſ. 1622. 8. Lugd. Bat. 1656. 8. *Ludo-*

* Salmaſio Petavius ſub Antonii Kerkoëtii nomine animadverſa ad ejus notas in Tertulliani librum opponebat. Rhe-



Digitized by Google

*Ludovici de la Cerda*, Lugd. 1626. fol. ad cal-
n ejus Adverſariorum ſacrorum, qvorum
pite 166. nonnulla Salmaſii adverſus Ker-
ōētium ſive Petavium tuetur.
Gallice per F. Maneſſier. Pariſ. 1665. 12.
Anonymi Pallium exulans * & in poſſeſſio-
m reſtitutum, accedit Tertulliani apologia
o pallio. A. 1629. 12.

# ndices Scriptorum a TEA-TULLIANO memoratorum

*ex editione Rigaltiana A.* 1641.

## I. SACRORUM.

\Mos.
Arithmi ſive Aumeri pag. 540. 550. 590.
arnabæ titulo utitur Epiſtola ad Hebræos,
qvam apud Eccleſias receptam pronunciat.
741.
aruch, [Hieremiæ nomine] 624.
aſiliarum [Regum] libri qvatuor 495. 521. Re-
gum annales. 535. 620.
ritarum (Judicum) Annales. 620.



onis, 1622. 8 & cum Salmaſius ſub nomine Franciſci Fran-
i confutationem animadverſorum Cercoëtii ediditſet Mid-
lelburg. 1623. 8. Petavius maſtigophorum ſive elenchum
epoſuit primum, ſecundum & tertium. Pariſ. 1622. 1623. 8.
almaſius refutationem utriusque elenchi Cercopetaviani.
ariſ. 1623. 8.

* Auctor B. D. Jo. Georgius Dorſcheus, ut notavit D. Ittigius præf. ad librum de Bibliothecis Patrum p. XXVI.

Digitized by Google

Danielis hedomadæ. 116. 122. 213. 214. 215. 287. 706.
Enoch libri verba citantur 106. 171. in armarium Judaicum non admittuntur ibid. utrobiqve apud Judam Apoſtolum teſtimonium poſſident. ibid. 179.
Esdras omne Inſtrumentum Judaicæ litteraturæ reſtauravit. 171. qvædam ex qvarto Esdræ libro. 525.
Ezechiel.
Habacuc.
Hermas cujus ſcriptura Paſtor inſcribitur 154. ab omni concilio Eccleſiarum inter apocrypha & falſa judicatur. 727. 741.
Hieremias.
Jacobus.
Joannis Apocalypſis & Epiſtola prima & ſecunda ejusdem Aauctoris 244. ejus Evangelium ante Marcionem editum. 365. Joanni Apoſtolo tribuitur Apocalypſis 489. ut Apoſtolus Evangelio ſuo fidem nobis inſinuat 503. etſi Apocalypſin ejus Marcion reſpuit, ordo tamen Epiſcoporum ad originem recenſus in Johannem ſtabit auctorem. 503. 630. 695. ſeq.
Job.
Joel.
Jonas.
Iſaias.
Judas.
Judith 434. 688.



Digitized by Google

æ ſectatoris Pauli ex Apoſtolicis Acta Apoſtolorum ſcriptura authentica. 239. 708.
ejusdem Evangelii digeſtum 503. ſeq. qvod & Paulo adſcribere ſolent. 505. Actorum Apoſtolicorum ſcripturam confirmat Paulus Epiſtola ad Galatas, qvæ perinde male reſpuuntur à Marcione. 578.
acchabæorum libri 210.
alachias.
larcus Apoſtolicus Evangelio ſuo fidem nobis inſtaurat 503. licet & Marcus qvod edidit, Petri affirmetur, cujus interpres Marcus 505.
Matthæus fideliſſimus Evangelii commentator ut comes Domini. 376. ut Apoſtolus fidem nobis facit. 503.
Michæas.
Moyſes auctor Judaici inſtrumenti, Argivo Inacho par ætate, qvadringentis pæne annis [nam & ſeptem minus Danaum prævenit] mille circiter cladem Priami antecedit, qvingentis amplius & Homerum 19. ejus originale inſtrumentum Geneſis 275. antiqvior Saturno nongentis circiter annis. 331. Pentateuchi auctor 436. 437. ante Lycurgos & Solonas omnes. 467.
Nahum.
Olee.
Pauli Epiſtolis plurimum uti hæreticos ad qvæſtiones 239. ejus Apocalypſis improbatur 240. item ejus & Teclæ actus ſive periodi 263. ejus Epiſtolas de numero mutilavit Marcion.

cion. 577. ut pote omiſſis Epiſtolis ad Timotheum & ad Titum, ibid. alias etiam ejus Epiſtolas ſententiis mutilavit id. qvarum ea qv ad Galatas eſt, principalis eſt adverſus Judaismum Epiſtola ibid. qvam nos ad Ephſios præſcriptam habemus, hæretici ad Laodicenos. 598. 607. maxime de vinculis ſcriptæ ſunt. 695.

Petrus Epiſtola ad Ponticos (qvam primam hodie vocamus) 630. &c.

Salomonis nomine præter Proverbia, *Eccleſiaſten* & Cantica Canticorum citatur etiam liber Sapientiæ 233. item Eccleſiaſticus 441. 457.

Septuaginta duo interpretes juſſu Ptolemæi Philadelphi Hebræarum literarum inſtrumentum Judaicum in Græcum ſtilum transtulerunt, qvorum ſententiæ communionem ſuſpexit Menedemus Philoſophus, adfirmavit hæc Ariſteas. 18. 19. qvorum translatio apud Serapeum Ptolemæi Bibliothecæ cum ipſis Hebraicis literis exhibetur. ibid.

Sophonias.

Symmachi editio. 531.

Zacharias.

## II. ECCLESIASTICORUM.

APologeticorum adverſus Gentes ſcriptores, 80. Irenæum ad verbum imitatur Tertull. lib. adv. Valent. 291. & de ceps ple-

pleraqve ejus verba deſcribit uqve ad libri finem adv. Valent. 304.
ıſtini Martyris Apologias adv. Gentes imitatur per omnia Tertullian. Apologetico 291.
Philoſophum etiam vocat, ıdludens ad librum ejus contra omnes Gentes, *ibid.*
Miltiades Eccleſiarum Sophiſt., 291.
Proculus adhuc Catholicus adv. Valent. qvem vocat Chriſtianæ eloqventiæ dignitatem. *ibid.*

## III. HÆRETICORUM.

ÆSchines. 254.
Alexander Valentinianus, 391.
Apelles. 232. 234. qvi Phneroſeis conſcripſit, 242. 244. 245. 254. 32. 339. 358. 362. 379. 382. 486.
Apelleiaci, 365.
Axionicus, 291.
Baſilides, 250. 379.
Blaſtus, 254.
Caiani, 244. 255.
Cainei, 251.
Carpocrates, 252. 325. 338.
Cataphrygas, 254.
Cerdon, 253. 496.
Cerinthus, 252.
Colarbaſus, 253.
Doſitheus Samaritanus, 249.
Hebion, 134. 196. 243. 244. 370.

Heracleon, 253. 284.
Hermogenes Africanus, 242. 244. 324. 325. 327.
Hermogenes Apostolicus, 231. 265. 396. 691.
Herodiani, 249.
Hymenæus, 231.
Lucanus, 253. 380
Marcion, Stoicus 232. 234. 242. 244. 245. 246. 248. 253. 254. 358. in qvadam Epistola, 359. 360. 361. 362. 431. in Epistolis, 443. in Antithesibus, 475 in libro Apostolico, 476. 480. in Evangelio 492. in Antithesibus ex Evangelio, 501. &seq. ex libro Apostolico, 575. & seq. deseror continentiæ Marcionensis. 242.
Marcus, 253. Magus, 284.
Menander, 249. Magus Samaritanus, 349. 382.
Monarchiani, 640.
Montanus, 254.
Nicolaus & Nicolaitæ, 244. 250. 452.
Nigidius, 242.
Ophitæ, 250.
Pharisæi, 249.
Philetus, 231.
Philumena Apellis, 232. 242.
Phygellus, 231. 396. 691.
Praxeas, 255.
Proclus, seu Proculus, 254.
Prodicus, 633. 636.
Ptolomæus, 253. 284. 293. in Miscellanea, 295.
Qvintilla, 255.

Sad-

Digitized by Google

Sadducæi, 243. 249. 358. 376. 405. 566.
Saturninus, 249. 325.
Secundus, 253. 284. 303.
Settoitæ, 251.
Simon Magus, 234. 244. 249. 337.
Tatianus, 254.
Theodotus Byzantius, *ibid.*
Theodotus Coriarius, *ibid.*
Theotimus, 290.
Valentinus, Platonicus 232. 234. 242. 243. 245. 246. 248. 252. 289. &c. *usque ad libri finem adv. Valentinianos*, 304. Eius libri Sophia, 289. 253. Evangelium, 357. 358. 370. 372. 379. 424. 433. 514. 627. 633. 636. 639. 659.
Valentiniani, 289. 291. 325. 616. eorum Commentarii, 427.
Victorinus, 255.

## IV. EORUM QVI DE DIIS scripserunt, rebusqve ad sacra pertinentibus.

ANtiphon de somniis, 347.
Artemon de somniis, *ibid.*
Callimachus de Coronis, 124.
Claudius Saturninus de Coronis liber, origines, causas, species & solemnitates earum edisserens, 124. 127. 128. 129.
Cratippus de somniis, 347.
Diodorus, 124.
Dionysius Rhodius de somniis, 347.
Epicharmus de somniis, 348.

Har-

Harpocration, 124.
Hermateles, ſive Termateles, de Circenſibus ludis, 93.
Hermippus Beritenſis omnem hiſtoriam ſomniorum. cum ſuis originibus, & relatoribus qvinſione voluminum ſatiatiſſime exhibuit, 347.
Hiſtrionum litteræ, 16.
Leo Ægyptius de Coronis, 124.
Muſæus, 305.
Nicander de Oraculis, 356.
Numa Pompilius, 247.
Pherecydes de Saturno, 124.
Philochorus Athenienſis, 347.
Pindarus, 15. 124.
Piſo de Ludis, 92.
Serapion de ſomniis, 34.
Strato Lampſacenus, 347.
Timæus de Ludorum origine, 92.
Varro Romanus Cynicus, 16. 92.

## V. MAGORUM.

BErenice, 355.
Damigeron, *ibid.*
Dardanus, *ibid.*
Nectabis, *ibid.*
Hoſthanes, *ibid.*
Thyphon, *ibid.*



Digitized by Google

## VI. MEDICORUM, MATHEMATICORUM, & Physicorum.

ANdreas, 316.
Apollodorus, 317.
Apollophanes, 315.
Archimedes, *ibid.*
Asclepiades, 316. 317.
Chrysippus, 317.
Diocles, 316. 318.
Erasistratus, 316. 328.
Harpocration, 124.
Herophilus, qvi sexcentos exsecuit ut naturam scrutaretur, 312. 316. 328.
Hicesius, 327. 328.
Hippocrates, 316. 328.
Mercurius Trismegistus, magister omnium Physicorum, 296.
Nicander lib. de venenatis bestiis, 616.
Soranus Methodicæ medicinæ instructissimus auctor, plenissime super Anima commentatus, qvatuor voluminibus, 309. 315. 316. 328. 345.
Strato Physicus, 316.

## VII. PHILOSOPHORUM.

ÆNesidemus de Anima, 311. 316.
Albinus Platonicus, 331. 332.
Anacharsis, 2.
Anaxagoras de Deo, 314. 343.

Ana-

Digitized by Google

Anaximander, 132. 139.
Anaximenes de Anima, 311. 439.
Apollophanes de Anima, 315.
Ariſtodemus, 346.
Ariſtophon, *ibid.*
Ariſtoteles in Dialectica, 232. de Anima, 306. 307. 315. 316. 343. 346. 347. 380.
Arius, 352. 353.
Callinicus in Orationibus, 45.
Cebes in Pinace, 246. de Anima, 305.
Chryſippus de Divinatione, 82. de Anima, 303. 315.
Cleanthes, 21. de Anima, 307. 329.
Cratippus, 347.
Critias de Anima, 307.
Critolaus Athenienſis de Anima, *ibid.*
Critolaus Peripateticus, *ibid.*
Democritus de Anima, 315. 316. de Somno, 343.
Dicæarchus Meſſenius de Anima libris tribus, 316.
Diogenes Cynicus 35. de morte, 45.
Diogenes Cyrenæus, ſeu Smyrnæus, 16.
Empedocles de Anima, 306, 307. de Amicitia & inimicitia, 310. 316. 317. 318. 334. de Somno, 343. 352. 579.
Epicharmus, 347.
Epicurus, 34. 39. 138. 232. 202. de vacuo & inani, 295. de Anima, 306. 307. 316. in Epiſtola ad Menecæum, 343. de Somniis, 346. 379. 449. 522. 613. 682.

Epi-

Digitized by Google

Epicurei, 232.
Eubulus de Anima, 307.
Heraclides Ponticus de Anima, 311.
Heraclitus de Igneo Deo, 232 Lib. de Natura, 306. 307. 311. 316. 318. 475.
Hipparchus de Anima, 307.
Hippon de Anima, 307.
Menedemus providentiæ vindex LXXII. interpretes suspexit 19.
Mercurius Ægyptius, 305. 331. 296. in Asclepio 335.
Moschion, 316.
Nigidius, 242.
Panætius de Anima, 315.
Parmenides de Somno, 343.
Pherecydes Pythagoræ magister, 305.
Phædo, *ibid.*
Plato, 23. 25. 26. 132.
Alcibiade 307.
Critone 307.
Gorgia 307.
Hipparcho 307.
Lachete 307.
Legibus 323. 329.
Parmenide de ideis. 320. 321. 327. 328. 330.
Phædone, 379. 318. 319. 325. 327. 344. 348. 350. 352. 353. 379. 381. 439.
Phædro 305. 307. 310. 315. 316. 319. 327. 352.
Philebo 316.
Politia 350.
Protagora 307.
de Rep. 317. seq. 344. So-

Plato in Sophiſta 306. 307.
Sympoſio 307.
Theæteto 319.
Timæo 36. 312. 314. 316. 320. 321. 323. 32[illegible]
Poſidonius de Anima, 315. (35[illegible]
Protagoras, 317.
Pyrron, 45.
Pythagoras, 42. Samius Sophiſta, 331. 352. 35[illegible]
Socrates, 23. 40.
Stoici 232. &c.
Strato Phyſicus, 316. de Somno, 343. 349.
Thales de Anima, 307. 439.
Xenocrates de Anima, 307. 316.
Xenophanes de Somno, 343.
Zenon Cittieus, 21. 232. 306. 315. 338. 439.

## VIII. HISTORICORUM.

ÆGyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum archiva, 19.
Alexander Polyhiſtor, 134.
Apion, ſive Appion, 19.
Ariſteas de 70. Interpretibus, *ibid.*
Beroſus Chaldæus, *ibid.*
Calliſthenes, 346.
Caſſius Severus, 12.
Charon Lampſacenus Herodoto prior, 346.
Cornelius Nepos, 12.
Cornelius Tacitus in Commentariis, 6. 17. in hiſtoria Romanæ lib. 5. mendaciorum loqvaciſſimus, *ibid.*
Cteſias, 11. Deme-

Digitized by Google

Demetrius Phalereus Bibliothecæ Ptolemæi præfectus, 19. Grammaticorum probatissimus, *ibid.*
Diodorus Siculus, 12. 124.
Dionysius Afer, 134.
Ephorus, 346.
Euphorion, *ibid.*
Feneſtella in Annalibus, 303.
Græcorum Annales, 19.
Heraclides, 346. 356.
Hermotimus, 305.
Herodotus, 10. in Clio, in hiſtoriis, 346. in Melpomene, 349. 356.
Iromus Phœnix, Tyri rex, 19.
Joſephum in libris contra Apionem imitatur Tertullianus, *ibid.*
Juba rex, *ibid.*
Manethon Ægyptius, *ibid.*
Menander Epheſius, *ibid.*
Neſtor in Coceto, 295.
Nymphodorus, 356.
P. Pilatus Epiſtola ad Tiberium, 6. 22.
Piſiſtratus Bibliothecarum ſtudioſus, 19.
Plinii Secundi pleraqve imitatur ex libris hiſtor. natural.
Plutarchum de Placitis Philoſophorum imitatur Tertullianus plerisque locis.
Ptolemæus Mendeſius, 19. Miſcellanea 124.
Ptolemæus Philadelphus eruditiſſ. ſtudio Bibliothecarum Piſiſtratum æmulatus, 70. Interpretibus transferenda in linguam Græcam-

Biblia tradidit, 18. 19. Bibliotheca ejus apu Serapeum, *ibid.*
Salluſtius, 323.
Silenus Phryx, 132. 278. 305.
Strabo, 346.
Suetonius Tranqvillus, 6. eum imitatur Tertullianus, 92. in Nerone, 345. 633.
Thallus, 12. 19.
Traiani reſcriptum ad Plinium, 2. 3.
Vitellius in commentariis, 347.
Zeno Eleates, 45.

## IX. ORATORUM, POETARUM, & Grammaticorum.

ACcii patina, 295.
Æſopus in Fabulis, 295.
Aratus in Phænominis, 627.
Cato ſenior, 134
Catullus Mimographus in laureolo, 296.
Cabetis Pinax ex Virgilio, 246.
Cicero ſeu M. Tullius, 138. in Tuſculanis, 45. de Oratore, 326.
Comicus incertus, 136. 323.
Demetrius Phalereus Grammaticorum probatiſſimus, 19.
Demoſthenis Græcus verſiculus, *qui fugiebat, rurſus præliabitur* 696.
Diogenes Comicus, 16.
Ennius, 291. 336.
Epicharmus Comicus, 312.
Heſiodus de Pandora, 124.



Digitized by Google

oëticus Paſtor appellatus, *ibid.* 295.
Iomerus in Odyſſ. 129. 291. 346. in Iliad. 354.
Iomerocentones, 246.
Ioſtilius Comicus, 16.
Laberius Mimographus, 131. 42.
Lentulus Mimographus in Catinienſibus, 16. 135. 136.
Lucretius lib. 1. de rerum natura, 308.
Menander Comicus in Fullonibus, 349.
Neoptolemus Tragœdus, 347.
Novius Comicus in Fullonibus, 135.
Ovidius Geta in Medea Tragœdia ex Virgilio, in Metamorphoſibus, 295.
Pacuvius, 133.
Phoſphorus Rhetor, 293.
Poëta incertus in Tragœdia Cerberi, 124.
Seneca, 14. in Fortuitis, 45. qvem ſæpe noſtrum appellat, 343. 379.
Sophocles Tragicus, 347.
Theopompus Comicus, 278.
Tragœdia Oedipus, 11.
Virgilius in Æneide, 349.
Virgiliocentones, 246.

*Minutii Felicis*, Lactantio lib. I. cap. II. & V. I. 718 inſtitutt. & Hierouymo pluribus locis atque Eucherio laudati, princeps editio eſt Romana cum Arnobio 1542. fol. à *Fauſto Sabæo* Brixiano ad Vaticani codicis fidem facta, qvem Leo X. Franciſco I. Regi Galliæ dono dedit. Inde ſecutæ Baſileenſes ex *Sigismundi Gelenii* recenſione 1546. & 1560.

Heidelbergenſis 1560. 8. & Francof. 1610. *Franciſci Balduini*, † qui primus cum Morillon apud Adr. Junium III. 1. animadverſorum, obſervavit eſſe librum ſingularem alterius ſcriptoris, non ut priores editiones venditaverant, octavum Arnobii. Hinc ex *Fulvii Urſini* caſtigatione (Petri Ciacconii ſchedis adjuti) prodiit Rom. 1583. 4. Et cum *Jo. Wowweri* eruditis notis Baſil. 1603. 8. addito S. Cypriani libro de vanitate idolorum.

*Geverh. Elmenhorſtii*, Hanov. 1603. 8. & Hamb. 1612. fol. De ſimultate ſuper Minutio edito Elmenhorſtii ac Wovverii, confer Joſeph. Scaligeri Epiſt. 257. 260. ſqq. Laudat Elmenhorſtium Barthius pag. 2916. Adverſar.

*Deſiderii Heraldi*, Pariſ. 1605. 8. 1613. 4. cum Tertulliani Apologetico & 1615. 4. cum Arnobio.

Omitto editiones in Bibliothecis Patrum, nec non Oxonienſem qvam memorat Petrus Antonius Buchardus, Slesvicenſis in diſſ. de Minucio qvam theſibus ex ejus libello excerptis & Chreſtomathiæ Minucianæ præmiſit & præſide B. D. Chriſtiano Kortholto habuit Kilon. 1685.

*Nic. Rigaltii* * Pariſ. 1643. 4. & 1645. cum Fir-

† Nonnulla in Balduini editione reprehendit Lud. Carrio lib. 2. emendatt. cap. 18.

* Sarravius pag. 69. Epiſt. *Eruditiſſimi Rigaltii Minucius Felix ſub pralo ſudat. Miraberis ex uno MSto Regio tot diverſas editiones prodiiſſe. Vidit tamen ille qua caterorum diligentiam effugerunt. Scilicet ſolus tranio vultures.*

Digitized by Google

Firmico & 1666. fol. per *Philippum Priorium*, cum Cypriano, Arnobio, Firmico & Commodiano: & cum Cypriano de Idolorum vanitate, & Wovverii Firmico Lugd. B. 1645. 12.

Cum notis Variorum curante *Jac. Oiſelio*, Lugd. Bat. 1652. 4. 1672. 8.

Oxoniæ 1678. cum notis Nic. Rigaltii Giornale di Roma 1679. p. 137.

Cum notis *Chriſtoph. Cellarii*, Halæ Sax. 1699. 8.

Cum notis Rigaltii & ſelectis Variorum notisqve V. C. *Joannis Davies*, Cantabrig. 1707. 8.

Cum integris Wovverii, Elmenhorſtii, Heraldi & Rigaltii notis, aliorumqve hinc inde collectis edente *Jac. Gronovio* qvi emendationes & explicationes ſuas, tum libellum S. Cypriani qvi Minutii veſtigiis inſiſtit, de idolorum vanitate & Firmicum de errore profanarum relig. adjecit, Lugd. Bat. 1709. 8. Acta Erud. Tom. 4. ſupplem. pag. 423.

Deniqve ex ſecunda *Jo. Daviſii* recenſione cum Variorum notis excuſus eſt Cantabrigiæ 1711. 8. addito Commodiano. Memoirs of literature Tom. 1. pag. 353. Mem. de Trevoux 1711. pag. 888.

*Gallice* Perroto Ablancurtio interprete Pariſ. 1646. 12. 1662. 12. & latinis è regione poſitis Lipſ. 1689. 12.

*Anglice* Lond. 1682. 8.

*Belgice* per M. Gargonum. Vliſſingæ 1712. 8.

Hypocriticus Minutianus *Joannis Mer* cum Critico ejus Arnobiano prodiit Lugd. B 1598. 8. & in edit. posteriore cum notis V Lugd. B. 1672. 8.

Minucium ab Erasmo editum, cave cred Dupinio, qvi etiam falsus est qvando impin Minucio qvod animas simul cum corpori mori docuerit. Longe enim alienum se hoc errore fuisse demonstrat cap. 34.

Antiqviorem qvam vulgo creditur *Minu*cium extremis Marci Antonini temporibus scripsisse persvasit sibi Henr. Dodvvellus III. 16. diss. Cyprianic. Et Blondellus libro Gallice edito de Eucharistia pag. 119. Minutium æqvalem facit Frontonis qvi M. Antoninum docuit circa A. C. 160. Salvianum nonnulla Minutii esse imitatum observat Rittershusius. Locum insignem Minutii de veribus sive fulcris, Dianæ simulacro apponi solitis illustravit *Lucas Holstenius* in singulari diss. symbolicæ Dianæ Ephesiæ statuæ à Claudio Menetrejo, cimeliothecæ Barberinæ præfecto expositæ Rom. 1688. fol. Eam Jac. Gronovius in tomo VII. thesauri Græcar. Antiqvit. pag. 393. & in sua Minutii editione integram exhibuit pag. 209.

## Index scriptorum à MINUCIO FELICE citatorum,

*ex editione JAC. OIZELII A. 1652.*

ALexander Magnus pag. 22.
Anaximenes 19. Ana-

Anaxagoras pag. 19.
Artisthenes 20.
Antonius Julianus 37.
Apollonitas Diogenes 19.
Arcesilas 13. 43.
Aristo Chius 21.
Aristoteles 20.
Carneades 13, 43.
Cassius, Historicus 24.
Chrisippus 20.
Cirtenus, id est Fronto 9. 35.
Cleanthes 20.
Democritus 20.
Demosthenes 29.
Diagoras Melius atheus 8.
Diodorus 24.
Diogenes Apolloniates 17.
Diogenes Babylonius 20.
Ennius 29.
Epicurus & Epicurei 20. 38.
Evhemerus 22,
Flavius Josephus 37.
Fronto Cirtensis 9. 35.
Heraclides Ponticus 20.
Hesiodus 20.
Homerus 20.
Hostanes magus 30.
Fl. Josephus 37.
Mantuanus, Maro, Virgilius 19.
Memoriæ, scripta memorialia 7. 35.
Nepos historicus 24.



Digitized by Google

Orpheus 20.
Perſeus 22.
Plato 21. 23. 24. 30. 38.
Prodicus Chius 22.
Pyrrho 43.
Pythagoras 20. 38.
Simonides melicus 13. 43.
Socrates 12. notatus 29. ſcurra 43.
Speuſippus 20.
Stoici 20. 38.
Strato 22.
Terentius Comicus 20,
Thales Mileſius 19.
Thallus 24.
Theodorus Cyrenæus 8.
Thephraſtus 20.
Virgilius Maro Mantuanus 19.
Xenophanes 20.
Xenophon 20.
Zeno Cittienſis. 20.

De fato cum pauca dixiſſet cap. 36. Minutius, ſubjungit: *Ac de fato ſatis, vel ſi pauca pro tempore, diſputaturi alias & uberius & plenius.* Atqve, ut teſtatur Hieronymus c. 58. de ſcriptor. Eccleſ. olim ſub Minutii nomine ferebatur liber *de fato vel contra Mathematicos* ſive Aſtrologos, *qui cum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtilo convenire.* Idem Epiſtola ad Magnum: *Minutius Felix cauſidicus Romani fori in libro cui titulus Octavius, & in altero contra Mathematicos, ſi ta-*

*tamen inſcriptio non mentitur auctorem, quid genlium literarum dimiſit intactum?* In antiqvis Honorii editionibus lib. 1. de ſcript. Eccleſ. cap. 9. male excuſum *de facto* pro *de fato*.

*S. Cypriani* * vitam qvi A. C. 258. Martyrium pro CHriſto fortiter ſuſtinuit, ſcripſit *Pontius* pſius Diaconus, qvæ exſtat apud Surium 14. Sept. & in Cypriani editionibus. Pontii acta Martyrii apud Balutz. Tom. 2. Miſc. pag. 124. E recentioribus accurate præ cæteris de Cypriano Jo. Pearſonius in annalibus Cyprianicis, Tillemontius Tom. 4. memor. Hiſt. Eccleſ. & auctor vitæ Cypriani ſex libris Gallice editæ Pariſ. 1714. 4. deqvo Acta Erud. 1718. pag. 293. Journal des Savans 1717. pag. 429. 491. Non contemnenda etiam de Cypriano collegit auctor Obſervatt. Miſcellanearum editarum Lipſiæ Germanice A. 1717. 8. Tom. 3. pag. 167. ſq.

Cypriani Epiſtolæ & tractatus Rom. 1471. fol. per Conradum Sweynheym & Arnoldum



* Alius 1] Cyprianus Antiochenus ſub Diocletiano paſſus Nicomediæ de qvo Eudocia apud Photium Cod. 184. Nazianzenus Orat. 18. Surius 26. Sept. Goar. ad Euchолog. p. 719. Marbodeus Redonenſis p. 1513. Opp. Edmund Martène Tom. 3. theſauri novi anecdotor. &c. 2] Cyprianus Brixienſis de quo Acta Sanctor. Tom. 2. April. 21. pag. 849. 3] Cyprianus Petragorici Abbas de quo Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum cap. 100. 4] Abbas Cyprianus cognomento Cuculas de quo Moſchus in prato ſpirituali cap. 132. 5] Cyprianus Cæſarii Arelatenſis diſcipulus & vitæ ejus ſcriptor circa A. 546. apud Surium 27. Auguſt. 6] Cyprianus Cordubenſis ſeculo X. de cujus ſcriptis genuinis & ſuppoſititiis Nic. Antonius lib. 6. Bibl. Hiſpan. vet. cap. 7.

Digitized by Google

Pannartz, (in Bibl. Jo. Mori, Episcopi Elien sis) & eodem anno Venetiis per Vindelinum Spirensem, fol. (in Bibl. Leidensi, Tellerian aliisqve.) Falluntur enim qvi Spiræ A. 1471 Cyprianum impressum esse tradunt, Joh. Saubertus, Jo. de la Caille, Cornelius Beughem, Jo. Fellus, Gvil. Caveus, & Actorum Eruditorum scriptores A. 1683. pag. 41. Vide Mich. Maittaire Annales typograph. pag. 89. & Dan. Maichelium de Bibliothecis Parisiensibus pag. 89.

Cypriani opera sine loco & anno, fol.

Paris. 1512. 4. per Bertoldum Remboltum, cum præfatione Roberti Fortunati, Maclonienſis, & C. de P. ad Jac. Grasolarium, civem Venetum.

Cum notis *Erasmi* in loca qvædam & præfatione ejus (data Lovan. 1519.) qvæ inter Epistolas Erasmi libri XXVIII. 6. edit. Lond. legitur Basil. 1520. fol. & 1525. fol. apud. Frobenium & 1540. fol. & 1558. Lugd. 1528. 1537. apud Seb. Gryphium 2. Vol. 1544. 1550. 8.

Coloniæ 1520. apud Henricum Alopecium.

Antwerp. 1541. 8. ex Erasmi editione. Venet. 1547. 8.

Parisis 1541. fol. apud Arnulphum Langelier, editio mire interpolata & contaminata licet repurgationem jactet in titulo, qva de re Pamelii qverelam habes apud Caveum.

Coloniæ 1544. apud Qventelium, cum notis *Henr. Gravii.*

Colo-

Digitized by Google

Coloniæ 1549.

Rom. 1563. fol. per *Paulum Manutium* * qvi Epiſtolarum librum qvintum addidit. In hac editione multa è MS. antiqviſſimo Veronenſi emendavit Latinus Latinius, qvi nomen ſuum adſcribi noluit, qvod Manutius contra Codicum MSS. fidem aliqva retinuiſſet, alia addidiſſet. Vide vitam Latinii pag 6. & ſo. Rainoldi colloqvium cum Hardto p. 328. ſeq. Voëtium deſperata cauſa Papatus pag. 494. 517. Dallæum de uſu Patrum p. 83. ſeq. Tamen & Latinius Epiſtolam Firmilianiin ea omiſiſſe ſe teſtatus eſt in qva Stephanus Epiſcopus Rom. perſtringitur. *Ego*, inqvit Latinius pag. 177. Bibl. ſacro profan. *omiſi, non Manutius, cum majorum exempla ſecutus, tum petulantiam hominis deteſtatus.*

Pariſ. 1564. fol. ex *Guil. Morelli* emendatione cum præf. Hadr. Turnebi. In hac editione, Epiſtola Firmiliani reſtituta.

Cum notis *Jacobi Pamelii*, Antvverp. 1568. 1589. fol. Pariſ. 1574. 1593. 1603. 1616. 1633. 1644. & Colon. 1617. 1632. *Latini Latinii* obſervationes ad Pamelianam Cypriani editionem leguntur in ejus Bibliotheca ſacro profana pag. 171--181.

Cum notis Pamelii & *Simonis Goulartii* ad eas obſervationibus Genev. 1593. fol. Goulartium bene

* Hæc editio Pariſiis in Bibl. S. Genovefæ ſervatur collata cum Vaticanis codicibus quatuor nec non Veronenſi & Neapolitano, manu Joh. Coremelli (Corbinelli) nobilis Florentini, teſte Dan. Maichelio pag. 90. de Bibliothecis Pariſ. Eadem fuit in Bibl. Tellerıana p. 20.

Digitized by Google

bene in Cyprianum ſcripſiſſe monet Scaliger in Scaligeranis pag. 153.

Cum notis eruditis *Nic. Rigaltii* Pariſ. 1648. fol.

Cum notis Rigaltii, ſelectisqve aliorum & *Philippi Priorii*. Pariſ. 1666. fol. adjunctis Cypriano ſcriptis Minutii Felicis, Arnobii, Commodiani, nec non Firmico de errore profanarum religionum. Journal des Sav. 1666. pag. 72.

Cum Annalibus Cyprianicis *Joannis Pearſon*, & notis præclaris *Joannis Felli* Oxon. Epiſc. qvi veteres editt. & Codices MSS. conſuluit, Oxon. * 1682. fol. è theatro Sheldon. editio nitida & luculenta recuſa Bremæ 1690. & Amſt. 1699. fol. additis utrinqve *Henrici Dodwelli* XIII. diſſertationibus Cyprianicis, qvæ ſeparatim viderant lucem Oxon. 1684. 8.

*Thomæ Jameſii* Cyprianus redivivus Lond. 1600. 4. è qvo Poſſevinus Tom. 1. apparat. pag. 396 ſeq. exhibet Varias lectiones & emendationes libri de unitate Eccleſiæ ex qvatuor MSS. Angl. Confer Rich. Holdsvvorth *prælect.* theolog. 36. pag. 514. Voëtium deſperata cauſa papatus pag. 314. Crenium VII. animadverſ. pag 68. & Riveti criticum ſacrum II. 4.

S. Cypriani Epiſtolæ ordine Pameliano locatæ, ex editione Goulartiana in ſectiones diviſæ, & cum S. Auguſtini ad Cypriani argumenta

* Acta Erud. 1683. p. 41. Bibl. univerſelle Tom. 12. pag. 207. ſqq.

Digitized by Google

a de baptiſmo hæreticorum * reſponſionibus ſuo loco ſubjunctis, variis etiam Pamelii, Rigaltii aliorumque lectionibas & conjecturis, Gratiani in decreto, Lombardi in libris ſententiarum ac Thomæ Aqvinatis in ſumma Theologiæ, allegationibus in margine notatis, indicibusqve ſeparatim editæ cura *Luca Friderici Reinharti*, Theologi Altdorf. 1681. 4. Vide D. Jo. Fabricii Theologi Helmſt. Bibliothecam Tom. 4. pag. 113.

Lettres choiſes de Cyprien aux Confeſſeurs & aux Martyrs, avec des remarqves Amſt. 1688. 12. par Mr. Jaqves l'Enfant.

Cypriani Opera Germanice per Melchiorem Arnbach, Norimb. 1553. fol.

*Gallice* par Jaqves Tigeon, Angevin Pariſ. 1574. fol. vide Verderii Bibl. Gallicam p. 140. Par Mr. Lombert, avec des remarqves & la vie de ce Pere. Pariſ. 1672. 4.

*Anglice* à Nathanële Marshallo, cum notis. Lond. 1717. fol. Acta Erud. 1718. p. 145.

Præter *Favrium* Theologum Sorbonicum (de qvo Rich. Simon Bibliotheqve Critiqve Tom. 2. pag. 213. ſeq.) novam Cypriani editionem paravit *Baluzius* collatis Codicibus MSS. XXXIV. Vide Memorias Trevol-

* Non obſtante de rebaptizatione hæreticorum errore nihilominus in Eccleſia ſemper pro ſancto habitus Cyprianus. Adi Jo. Launoium lib. VIII. Epiſt. 15. Feſtum honori ejus conſecratum Κυπριανά. Vide Meurſium, Suicerum, Cangium in hac voce. Evagrium IV. 16. Niceph. XVI. 12. è Procopii I. 21. Vandal.

Digitized by Google

voltinas A. 1709. pag. 300. Journal des Savat 1716. pag. 90. 231.

*Liber de Idolorum vanitate*, ſæpius editus cum Minutio Felice, ut ſupra in Minucio dixi.

*De bono patientiæ* cum notis Jeremiæ Stephani, Oxon. 1632. 8.

*Liber de unitate Eccleſiæ* recuſus etiam in Joh. Thomæ de Rocaberti, Archiepiſc. Valentini Bibliotheca maxima Pontificia qvæ tomis XXI. lucem vidit Rom. 1695--1699. fol. volumine ſexto. Et cum S. Auguſtini libro *ejusdem* argumenti Helmſt. 1657. 8. præmiſſa *D.* Georgii Calixti introductione, edente filio D. Frid. Ulrico Calixto.

*Libellus de Oratione Dominica* ex Faërni Codice recenſitus legitur in Operibus Stanislai Hoſii Tom. 1. p. 231. ſeq. Svecice vertit Jo. Groſch, Paſtor Coburgenſis. Roſtoch. 1615. 8. Hiſpanice Didacus Martinez, S. I.

*Libellum de mortalitate*, qvem præter rem Cypriano Sandius abjudicat, Combefiſius recudi curavit in Bibliotheca Concionatoria, & cum notis ſeparatim vulgavit Jenæ 1681. 12. Bartholomæus Francus, Miniſter Eccleſiæ Neoſtad. ad Orilam. Laudantur in Ephemeridibus literariis Pariſ. A. 1682. pag. 59. Gallice prodiit Pariſ. 1653. 12.

*Epiſtolam ad Stephanum Papam*, Cypriani non eſſe contendit Launoius parte altera opuſculorum de duobus Dionyſiis (confer B. D. Antonii Reiſeri Launojum confeſſorem pag. 795. ſq.)

Digitized by Google

1.) sed non sine causa aliter videtur Menardo, igaltio, Fello, Lomberto, Paschasio Qvesnel- diss. V. ad Leonem M. Natali Alex. Eliæ du inio aliisqve. Vide Hugonem Mathoudum le vera Senonum origine Christiana pag. 365. eq. & B. D. Ittigii Observat. IV. ad supplemen- um Clementis Alex.

*De laude Martyrii ad Moysen & Maximum* Cypria- i esse non dubitat qvi in Bibl. Concionatoria exhibet Combefisius.

De libro *de opere & eleemosynis*, Urbani Regii udicium prodiit Francof. 1545. 8.

De *Genesi*, *Sodoma*, & *Ligno vitæ* qvæ carmi- na male ad Cyprianum auctorem referuntur, dixi in T. 1. Bibl. latinæ lib. IV. cap. 2. p. 699.

Librum *de spectaculis* Cypriano abjudicat Jo. Fellus: Huetius in Origenianis pag. 277. librum *de singularitate clericorum*. Sine magna causa opinor, perinde ut *librum testimoniorum ad Quirinum* idem Erasmus, & ad Josuam p. 99. Andreas Masius, qvem præter alia argumenta satis Hieronymi, Augustini, Gennadii, Bedæ aliorumqve veterum testimonia Cypriano vindicant, ut præter Fellum probavit Bullus pag. 220. defens. fidei Nicænæ.

Librum de *Cardinalibus Christi operibus* Paris. 1500. editum Cypriani non esse probavit Jo. Dallæus II. 39. de scriptis Dyonisii & Ignatii, atqve recentiores editiones restituerunt vero auctori *Arnoldo* Carnotensi, Abbati bonæ vallis Ord. Benedictin. circa A. 1162. de cujus scriptis viden-

Digitized by Google

videndus Caſimirus Oudinus in Opuſculis veterum Galliæ & Belgii ſcriptorum.

Petri Heylini Cyprianus Anglicus huc minus ſpectat, eſt enim hiſtoria de vita & morte Gvil. Laudi, Cantuarienſis Archiepiſcopi, edit. Anglice Lond. 1668. fol. Laudus capite truncatus 10. Jan. 1645.

Entretiens ſur la bonne conduite, tirez de S. Cyprien, Paris 1644. 4.

Oratio Cypriani cum duabus Nazianzeni verſa Italice ab Annibale Caro. Venet. 1569. 4.

Tertulliani & Cypriani theoſophia, fidei antiqvæ & vitæ vere Chriſtianæ tradens documenta, per Hermannum Rhatmannum, Witeb. 1619. 4.

Vita Cypriani Pariſ. 1566. 8.

Vir. celeberrimus Montfauconus in Diario Italico pag. 75. ex fide poſſeſſoris narrat Venetiis in Bibliotheca D. Tarviſiani in Codice MS. recenti exſtare qvasdam Cypriani Epiſtolas non editas. Idem Montfauconus inſignem Cypriani Codicem ſæculo exaratum ſexto vel ſeptimo memorat exſtare in Bibl. Coisliniana pag. 241. Codicis Remenſis auctioris meminit Rigaltius notis in Epiſt. ad Rogatianum, ex qvo Colomeſius purat Hincmarum Tom. 1. p. 356. auctiora citaſſe verba ex Epiſtola ad Jubajanum: *Servatur à nobis patienter & firmiter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei & concordia ſacerdotii.* Sed qvæ apud Hincmarum ſeqvuntur, illius eſſe puto

o non Cypriani verba : *& quantum ex nobis & cum omnibus hominibus & etiam cum his qui oderunt pacem, habere pacem desideramus. Unumquemque vero sua conscientia conveniat, & ab Ecclesiastica pace nemo se, quod non optamus, sejungat.*

## Index eorum ad qvos scribit S. Cyprianus.


ANtoniano. Epist. 55.
Cæcilio. 53.
*Caldonii* Cypriano. 24.
Caldonio Cypriani. 25.
Eidem cum aliis. 41
*Ejusdem* clero Carthag. 42.
*Celerini* Luciano. 21.
Clero Carthag. 5.
Eidem. 14.
Eidem. 11.
Eidem. 16.
Eidem. 18.
Eidem. 19.
Eidem. 26.
Eidem. 29.
Eidem. 34.
Eidem. 32.
Eidem. 39.
Eidem. 12.
Clero & plebi Carthag. 38.
Iisdem. 39.
Iisdem. 4.
Iisdem. 81.




Digitized by Google

*Confessorum* Cypriano. Epist. 23.
*Cornelii Papæ* eidem. 48.
Eidem. 45.
Eidem. 47.
Eidem. 46.
Eidem. 51.
Eidem. 52.
Eidem. 59.
Eidem. 60.
Cornelio Synodi Africanæ. 57.
ad Demetrianum gentilem blasphemum *liber* pag. 185.
ad Donatum liber de gratia DEI pag. 1.
Epictecto & plebi Assuritanorum. Epist. 4.
Eucratio. 4.
*Felicis* cum aliis Cypriano. 79.
Fido. 64.
*Firmiliani* Cypriano. 75.
Florentino Pupiano. 66.
Fortunato & aliis. 56.
Furnitanorum Clero & plebi. 1.
Hispaniarum Clero & plebi. 67.
Jannario & aliis Numidis. 62.
Iisdem. 70.
Jubaiano. 73.
Lapsis. 33.
*Luciani* Celerino. 21.
Lucio Papæ. 61.
*Lucii* Episcopi & alior. Cypriano, 53.
Magno. 69.
Martyribus & Confessoribus, 10.
Iisdem. 15.

Ma-

Digitized by Google

Maximo & aliis. Epiſt. 46.
*Maximi* & alior. Cypriano. 53.
Iisdem Cypriani. 54.
Moyſi & Maximo cum aliis. 37.
Iisdem. 28.
*Eorundem* Cypriano. 31.
Nemeſiano & aliis. 76.
*Ejusdem* & aliorum Cypriano 77.
Plebi Carthaginienſi. 17.
Eidem. 43.
Pompejo. 64.
Pomponio. 4.
Quinto. 71.
Ad Qvirinum libri tres teſtimoniorum adverſus Judæos pag. 17.
Rogatiano Epiſcopo. Epiſt. 3.
Rogatiano cum aliis. 6.
Rogatiano Presbytero cum aliis. 13.
*Romani Cleri* Carthag. Clero. 8.
Romano Clero Cyprianus 9.
Eidem. 20.
Eidem. 27.
Eidem. 35.
*Ejusdem* Cypriano. 36.
Ejusdem eidem. 30.
Stephano Papæ. 68.
Eidem. 72.
Succeſſo. 80.
Thibaritanæ plebi. 58.



Digitized by Google

*Arnobii*, qvem Eccleſiaſticorum ſcriptorum Varronem vocat Voſſius lib. I. cap. 9. de analogia, prima editio eſt Romana Fauſti Sabini Rom. 1542. fol. apud Franciſcum Priſcianenſem. Hanc ſecutæ aliæ:

Ex *Sigismundi Galenii* caſtigatione. Baſil. 1546. 1560. 8.

Tertullianus & Arnobius ex recenſione *Renati Laurentii de la Barre*. Pariſ. 1580. fol. cum notis.

Cum *Theodori Canteri* notis Antvverp. 1582. 8. (male 1532. in Catalogo Bibl. Telleriana pag. 32.) Uberiores Commentarii qvos notis ad librum ſextum Canterus promittit, nunqvam lucem viderunt.

Ex Canteri emendatione (ſine notis) in Bibliotheca Patrum Colon. 1618. Tom. 3. & in ſupplemento Morelliano Pariſ 1639. T. 1.

Ex emendatione *Fulvii Urſini* Rom. 1583. 4. De qva editione Poſſevinus T. 1. apparat. *Arnobius cum adhuc ethnicus ad CHriſti fidem occultis inſpirationibus urgeretur ab Epiſcopis Africæ, Baptiſmi ſacramentum petiit: cumque illum rejeciſſent, veriti quin illuderet Chriſtianæ religioni, quam eatenus oppugnaverat, obtulit eis in argumentum ſinceritatis ſuæ tanquam fidei obſides præſtantes illos quos habemus libros, quos cum* Jo. Baptiſta Sigecellus *qui poſtea Epiſcopus Faventinus à Pio IV. Pont. Max. factus eſt, correxiſſet ac reſtituiſſet, Germani aliqui averſi à Catholica fide non tam ſanarunt quam immutarunt pro libito, ut vix antiquæ lectionis*

*nis vestigium pluribus in locis reliquerint. Quod incommodum cum* Petrus Ciacconus *Hispanus vir eruditus animadvertisset, præclaris correctionibus illustratum Arnobium jamjam erat emissurus, nisi morte fuisset ereptus. Hos labores Pontifex Max. additis aliorum doctorum hominum emendationibus, jussit à* Fulvio Ursino *examinari atque conferri. Itaque in textum seriemque recipit, quæ multorum judicio probata, & (ut ipse inquit) sine ulla controversia vera sunt visa: quæ autem non ita vera videbantur, ea suis distincta numeris, in oris paginarum, notanda cum curasset, adjunctis si quæ erant ad firmandas conjecturas, notis Arnobius Romæ editus est quam fieri potuit emendatissimus.*

Cum *Godeschalci Stewechii* electis ad Arnobii libros à se emendatos. Antvverp. 1586. & Colon. 1604. 8. & additis paratitlis sive summariis à *Leandro de Sancto Martino*, Duaci 1634. 8.

*Joannis Meursii* Criticus Arnobianus. Lugd. Bat. 1599. 8. *Petri Scriverii* anti Criticum Critico Arnobiano oppositum memorat Hadr. Bailletus de antiscriptoribus Tom. 2. pag. 299. Daniel Heinsius præf. ad notas in Clementem Alexandrinum, Petro Scriverio dicatas: *Mihi satius est si tua causa hæc potissimum scripsisse me scias, quem jam annos plurimos in maximo & eruditissimo scriptore Arnobio versari, omnes fere & sciunt & cogitatione tacita illud ὑπερόμερον flagellant. Videbis ergo si quid tibi usui fu-*

*turum ſit in iſtis. Nam Arnobium, ut noſti, quantus eſt formavit Clemens.*

*Latini Latinii* caſtigationes ad quædam Arnobii loca, in ejus Bibliotheca ſacro profana pag. 98.

Arnobius cum notis *Geverhard. Elmenhorſtii* ad illuſtrem virum Joſephum Scaligerum, eruditorum ſuæ ætatis facile principem. Hanov. 1603. 8.

Cum *Deſiderii Heraldi* obſervationibus Pariſ. 1605. 8.

Cum notis *Elmenhorſtii* longe auctioribus & variarum lectionum libello ex Codd. MSS Hamburg. 1610. fol.

*Julii Caſaris Bulengeri* eclogarum ad Arnobium liber primus Toloſæ 1612. 1623. 8.

Arnobius à *Claudio Salmaſio* * emendatus cum notis integris Canteri, Stevvechii, Elmenhorſtii & Heraldi. Lugd Bat. ex officina Joannis Maire, 1651. 4. Commentario qvem addere parabat Salmaſius, A. 1652. immortuus fuit. Prima ejus folia ſive disqviſitionem de nominibus antiqvorum Romanorum [qvam uberibus in Arnobium notis præmiſſurum fuiſſe notavit Sarravius p. 42. Epiſt.] nactus ego ex Bibliotheca Gudiana, edidi ad cal-

* Andreas Rivetus Critici ſacri lib. 2. cap. 17. *extremam manum exſpectamus à nobiliſſ. & doctiſſimo* Salmaſio, *cujus commentarium exſpectat textus Arnobii jam excuſus & ad manuſcripta exemplaria emendatus.*

Digitized by Google

calcem tomi ſecundi Operum S. Hippolyti, Hamb. 1618.

*Jo. Iſaaci Pontani* animadverſiones in Arnobium habuit Boxhornius, qvi earum meminit p. 37. Epiſtolar.

Cum *Philippi Priorii* & ſelectis aliorum notis prodiit Arnobius ad calcem Cypriani Pariſ. 1666. fol. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. 1672. Tomo III.

*Belgice*, interprete Joachimo Oudaen. Harling. 1677. 8.

## SCRIPTORES
Qvi ab
# ARNOBIO
citantur.

ad paginas edit. Lugd. *Bat.* 1651. 4.

ÆLius 122.
Æthlius 197.
Anthias 154.
Antiochus Hiſtoricus 193.
Apollodorus 144.
Ariſtoteles 118.
Arrianus 99.
Butas in cauſalibus 168.
Cæſellius 37.
Cæſius 23.
M. T. Cicero 103. 110. 184.
Cincius 122.



Digitized by Google

Clearchus 193.
Sex. Clodius 168.
Cornificius 122.
Creates 121.
Cronius 49.
Cteſias in primo 31.
Diagoras Melius 147.
Ennius 147.
Ephorus 121.
Epicadius 37.
Epicharmus 143.
Epictetus 99.
Euhemerus Agragantinus 147.
Euripides 238.
Fabius 194.
Flaccus 169.
Granius 118. 122. 194.
Heraclitus 177.
Hermippus 31.
Heſiodus 121.
Hetruſci libri 87.
Hippo Melius 147.
Homerus (Melæ fluminis filius) 143.
Indigitamenta Pompiliana 95.
Italus ſermo diverſus à Latino & Græco 135. at 147. Ennius dicitur Euhemerum ſermone Italo tranſtuliſſe.
Leander vel Leandrius 193.
Libri Acherontici 87.
Libri Fatales, fatalia carmina 251. 253.
Leo Pellæus 147.

Lu-

Digitized by Google

Lucilius 169. Fornix Lucilianus 45.
Lucretius 105.
Manilius 122. 223.
Memoralia ſcripta 196.
Mnaſeas 121.
Myrtilus ſ. Myrſilus Lesbius 121. 143.
Nicagoras vel Nicanor Cyprius 147.
Nigidius 119. 123. 124.
Nilus 37.
Numenius 49.
Orpheus 169. 175. ubi verſus latine redditi ex aliqvo latino Poëta (ut ſuſpicatur Heinſius) qvi Orphica Latine verterat.
Panyaſis 144.
Patrocles Thurius 144.
Philoſtephanus 206.
Pindarus Bœotius 143.
Piſo 122.
Plato 5. 7. 49. 51. 52. 59. 66. 68. 79. 88. 137.
Plautinus Amphitruo 238.
Plutarchus Chæroneus 144.
Polemo 144.
Pomponii Marſyas obſignatus pag. 45.
Poſidippus 198. 206.
Ptolemæus Ageſarchi 193.
Sammonicus 194.
Scaurus 37.
Sophocles Atticus 143. 151. 238.
Soſibius 144.
Terentius 211. infra *Varro*.
Theodorus Cyrenæus 147.

Theologi 135. 139. &c.
Timotheus Theologus 157.
Trebatius 236.
Valerianus ſeu Valerius Antias 194.
Valerius Pontifex 160.
Tarentinus ſenarius 171. *Taurus draconem genuit & taurum draco.*
M. Ter. Varro 122. 123. 128. 161. 191. 194. 196. 207. 211.
Verrius 37.
Zeno Myndius 193.

LACTANTII editiones hæ mihi innotuere :

1465.* (non 1461. uti legitur in celeberr. Montfauconi Diario Italico pag. 256. qvi ipſe deinde confeſſus eſt ſe per errorem poſuiſſe illum numerum) Romæ è Monaſterio Sublacenſi fol. Pontificatus Pauli papæ II. anno ſecundo. Vide Mich. Maittaire annal. typograph. p. 60. Exſtat in Bibl. Barberiana & Zwickavienſi. **

1468. Romæ in domo Petri de Maximis, per Conradum Sweynheym & Arn. Pannartz. fol. Hæc editio fuit Neapoli in Bibl. Joſephi Vallettæ. Memoratur etiam à Rich. Simone Tom. 2. Epiſt. ſelect. pag. 153. Poſt capitum argumenta libro

* Lud. Vives lib. 2. de anima p. 88. *Ex nomine Ciceronis venit in recordationem Lactantius, qui fuit ejus imitator: ex hoc de chalcographia. Nam is liber dicitur formulis aneis excuſus vel primus vel cum primis.*

** Tho. Schmid Chron. Cygneum pag. 102. Godfr. Ludovici Schul Hiſtoria Tom. 3. p. 182.

Digitized by Google

bro præmissa sequuntur Lactantii errata per ratrem *Antonium Raudensem* * Theologum ollecta, cui hoc octastichon rependit frater *dam Genuensis:*

*Hic male corripuit stolidis Antonius ausis*
*Auctorem: in variis causa pianda locis.*
*Non erat in tenebris errantis imaginis astrum*
*Dicere, vel nitidum luce carere jubar.*

*Deni-*

* Idem est Raudensis, cujus observationibus de linguæ Latinæ elegantia, nescio an editis, gravem censuram opposuit Laurentius Valla. Raudensem ob censuram in Lactantium latam reprehendit Franciscus Philelfus libro V. Epistola data A. 1443. *Vellem equidem, pater optime, ab omni istius modi scribendi genere te continuisses, neque cum insaniente Candido Decembre desipere ipse voluisses. Id certe fuisset & ordinis & dignitatis tuæ. Quæ enim per immortalem Deum fanatica ratio te commovit, ut perinde atque infesto quodam atque inimico afflatus spiritu in virum illum doctissimum atque disertissimum tam insolenter, tam injuste, tam impie invehereris, ut non res solum pæne innumerabiles consulto male interpreteris, sed nomen etiam viri depravare studueris, utpote quem* Lactensium *pro* Lactantio *nomines. Nam de rebus ipsis quid loquar quas vel pueris notas dum corrumpere laboras, te omnibus eruditis & gravissimis viris ridiculo præbes. Pudet me profecto ea in medium proferre, quæ à te non inepte minus quam perperam notata sunt atque reprehensa. Rogo igitur te ut in hac re Aurelium Augustinum imiteris. Retractavit ille vir æque sapiens ac sanctus, quæ imprudenter erravit. Retracta etiam tu, si tibi constas, quæ sciens volensque male scripsisti. Quod si feceris, non modestiæ & verecundiæ minus quam sapientiæ laudabere. Vale, Mediolani.*

*Denique cum ſanctæ Eccleſiæ pia lumina conſtet*
*Obſequio ex tanto conticuiſſe viro,*
*Tu vero eloquio lingua interdicta latino*
*Icubitum, nam te penſitat elleborum.*

1470. Romæ per eosdem, cum præfat. Joh. Andreæ Alerienſis Epiſcopi, in qva inter alia: *Sumant ſtudioſi per noſtros ingenuos opifices Lactantium Firmianum ſemel ab iis iterumque impreſſum, nonnullis in locis veriorem.*

1472. Venetiis fol. qvam male pro omnium principe habuit Gallæus. Conradus Rittershuſius ad Salvian. p. 192. *Habeo*, inqvit, *antiquam editionem Lactantii Venetam quæ A.* 1442. (lege 1472.) *prodiit apud Vendelinum.*

*Arguit hic hominum ſectas Lactantius omnes*
*Septeno falſas codice, vera docens.*
*Sive Deum tangat, turbato lumine cernens*
*Ira furor: gemino pernotat inde libro.*
*Et volucrum verſu Phœnix comprenditur una*
*Quæ noſtro nunquam paſcitur alma ſolo.*
*Hincque Redemptoris noſtri non carmina deſunt*
*Quæ poſitum e tumulo dulce canendo vocant.*
*Preſſerat hunc primo mundi caput, inclyta Roma:*
*Poſt Regina premit quippe colenda maris.*
*Impreſſum formis juſtoque nitore coruſcans*
*Hoc Vindelinus condidit Artis opus.*

1474. Romæ per Udalricum Gallum Alamannum & Simonem Nicolai de Luca. fol. *Bibl. Hohendorfiana* p. 3.

1476.

Digitized by Google

1476. Roſtochii fol. per *fratres presbyteros & cle-cos congregationis domus viridis horti ad S. Michaë-m in opido Roſtochienſi partium inferioris Sclaviæ, out facultas & induſtria tulit, emendate ſatis & ac-erate conſummat.*

1478. Venetiis impendio providorum vi-orum Jo. de Colonia & Joh. Manthen de Ghe-etzen. fol.

1478. Venet. fol. per Andream de Paltaſi-his Catarenſem & Boninum de Boninis, ſocios.

1483. Veneta fol. per Bernardinum de Be-aliis, Bergomenſem.

1490. Venet.

1493. Venet. fol. eſt in Bibl. Leidenſi.

1497. Venet. fol. per Simonem Bevila-qvam, Papienſem. Editio expreſſa ad Ro-manam 1470. cum præfatione *Joannis Andreæ* ad Pauluin ſecundum : & errata Lactantii ab Antonio Raudenſi notata referens inter argu-menta capitum volumini præmiſſa. Huic Ve-netæ editioni additum *carmen de phœnice*, qvod ex aſſe convenit cum lectionibus qvas ex MS. Vindobonenſi dat Lambecius Tom. 2. pag. 788. niſiqvod v. 61. *lapſum* pro *laſſum*.

1502. Venet. fol. ex emendatione *Jo. Pierii Valeriani.*

1509. fol. impenſis & opera Joannis de Tri-dino, cognomento Tacuini, Venetiis domi-nante Leonhardo Lauredano Principe. Ex caſtigatione *Jani Parrhaſii*, addito Tertulliani Apologetico, & Chryſoſtomi ſermone de Eu-

cha-

chariſtia & Laur. Vallæ, nec non narratione ex Svida in Ἰησοῦς.

1509. 4. Pariſ. apud Jo. Parvum, cum Tertulliani Apologetico & cæteris aliorum, jam commemoratis cum præfatione *Ægidii Maſſerienſis*. Hæc & ſuperiores duæ ſunt apud me.

1511. Venet. fol. apud Joannem de Tridino.

1513. Pariſ.

1513. 8. apud Juntam, Florentiæ ex *Mariani Tuccii* recognitione. Ex hac nonnullis locis Walchianam emendat Clariſſ. Heumannus. Neue Büchersaal XLV. pag. 670.

1515. 8. apud Aldum, cum Tertulliani apologetico, ex emendatione *Jo. Baptiſtæ Egnatii* Veneti.

1521. Venet. expreſſa ad illam Anni 1509.

1521. Baſileæ apud Cratandrum, in 4.

1524. Baſil. 4. ex ejusd. Cratandri officina.

1535. Baſil. fol. apud Cratandrum.

1538. Venetiis apud *Paulum Manutium* ex caſtigatione *Honorati Faſitelli*, Venet.

1539. 8. Antvverpiæ apud Joannem Gymnicum cum Eraſmi ſcholiis in librum de DEI opificio.

1541. Lugd. apud Gryphium, ex Faſitelli recenſione.

1543. Lugd.

1544. Colon. fol. cum Barthol. Laurentis indi-

Digitized by Google

ndice, & annotationibus Eraſmi in librum de Dei opificio, apud Petrum Qventel.

1546. Pariſ. 8. Lactantii Inſtitutiones Gallice, Renato Fumeo interprete, atqve iterum Lugd. 1547. 12. & Pariſ. 1581. 12.

1548. Lugd. 12. apud. Jo. Tornæſium & Guielmum Gazejum, ex Faſitelli recenſione.

1553. Lugd. 12. ex illa Anni 1548. expreſſa.

1555. Antwerp.

1556. Baſil. fol. in hæreſiologia Joannis Heroldi.

1561. Pariſ. 12. apud Hieron. de Marnef ex Veneta Anni 1535.

1563. fol. Baſil. apud Henr. Petri, cum commentario ſive locis communibus Theolog. & Philoſoph. *Sixti Betuleji*, & ejusdem Betuleji vita per Jo. Nyſeum ſcripta.

1563. Pariſ.

1567. 12. Lugd. ex Tornæſii officina.

1570. Antwerpienſis Stelſii, Gallæo memorata editio.

1570. Antwerp. apud Plantinum, 8. cum *Mich. Thomaſii* notis & emendationibus, qvæ editio cum MS. Lipſienſi & Palatino collata exſtat in Bibl. Leidenſi. De antiqviſſimo Codice Bononienſi, qvo uſus eſt perinde ut aliis Vaticanis ſeptem Thomaſius, & poſtea etiam Iſæus, vide Allatium ad antiqvitates Hetruſcas pag. 51. ſq. & Montfauconi Diarium Ital. pag. 409. & Bibl. Coislinianam pag. 58. qvi priore loco fallitur cum ſcribit nullum ejus hactenus uſum fuiſſe.

In-

Incommodum eſt qvod capita diverſimode diſtinguit Betuleji & Thomaſii editio. Etiam nonnulla, ut orthodoxum magis redderet Lactantium, contra MSS. Codicum fidem alteraſſe Thomaſium, monet Rich. Simon in Epiſtolis ſelectis Gallice editis Tom. 2. Epiſt. 25. & Bibl. Criticæ Tom. 2. p. 442. ſeq.

1587. Lugd. 8. Lactantii opera ex fide & auctoritate librorum MSS. emendata à *Jacobo* Cujacio.

1587. Apud Plantin. 8. cum notis Mich. Thomaſii. Hanc editionem habeo collatam cum Codice MSto chartaceo Bibl. Lipſienſis.

1589. Pariſ. 8. cum ejusdem Thomaſii notis.

1594. Lugd. 12. apud Tornæſium, ex illa Cujacii A. 1587.

1613. Genevæ 12. apud Tornæſium, editio emendata magnam partem à *Jacobo Cujacio*, ex illa Anni 1587.

1613. Colon. 12. cum priore ex aſſe conſpirans.

1616. Lugd. 12.

1646. Cæſenæ fol. cum notis *Joſephi Iſai*, Cæſenatis, qvi duobus Bononienſibus, duodecim Vaticanis & inſigni Michaelis Thomæ Taxaqvetii MSto uſus, plures etiam editiones veteres inſpexit.

1650. Rom. fol. apud. Maſcardum cum notis ejusdem Iſæi, ſed minus qvam prior emendata. Vide Miſcellanea Lipſienſia Tom. 3. pag. 130.

1652.

Digitized by Google

1652. Lugd. Bat. 8. cum notis *Antonii Thyſii* ex officina Petri Leffen.

1660. Lugd. Bat. apud Franc. Hackium 8. cum ſelectis variorum commentariis : nitida & egregia editio ſtudio *Servatii Gallæi*, qvi præclaram Lactantio operam navavit, Salmaſii uſus ſchedis & Iſæum præ cæteris ſecutus. Idem inſignem etiam variarum lectionum libellum ex Codicibus MSS. ad calcem voluminis ſubjiciit.

1684. Oxoniæ 8. cum notis *Thomæ Spark*, qvinqve Codicibus MSS. uſi : & addito libro Lactantii de mortibus perſecutorum qvi in prioribus editt. deſideratur, & H. Dodwelli diſſ. de ripa ſtriga.. Vide Acta Erud. 1685. p. 265.

1685. Cantabrigiæ 8. cum variis lectionibus Sublacenſis editionis, qvam pro MSto editor venditat, & Codicis MS. in Collegio Emanuelis Cantabrig. Vide Acta Erud. illius anni pag. 585.

1698. 8. Lipſiæ cum notis *Chriſtophori Cellarii*. Acta Eruditor. illius anni pag. 535.

1715. 8. Lipſiæ cum notis V. Cl. *Jo. Georg. Walchii*, & præmiſſa diſſ. de Lactantio * ejusqve ſtylo. Vide Acta Eruditor. illius anni pag. 273. Neue Bibl. Hall. XXXVIII pag. 709 & cenſuram *Jo. Ludolphi Banemanni*, Gymnaſii Mindenſis Rectoris eruditiſſimi, qvi & ipſe



* Conferenda M. *Jo. Auguſti Krebſii*, de ſtylo Lactantii diatriba, edita Halæ A. 1702. quam dignam quæ editionibus Lactantii adjungatur judicant Memoriæ Trevoltinæ 1706. pag. 1069. *Matthiæ Nic. Kortholti* diſſ. de Cicerone Chriſtiano, Lactantio. Gieſſ. 1711.

novam Lactantii editionem ex LX. amplis MSS. & editionibus ſingulari ſtudio caſtigatam notisqve illuſtratam molitur, Tom. 3. Miſc. Lipſienſ. pag. 132. ſeq. & reſponſionem laudat Walchii pag. 352. ſeq.

Anonymi defenſe des ſentimens de Lactance ſur le ſujet de l'uſure. 8.

*Joſephum Waſſe* in Anglia editionem Lactantii novo ſtudio ad MSS. Codices caſtigatam parare inſtituiſſe didici ex memoriis Trevoltinis A. 1716. pag. 180. ut in Gallia *Jo. Baptiſtam le Brun*, cui S. Paulinum Nolanum expolinum debemus, ex Diario Hagenſi, Europe Savante, 1718. Octobr. p. 199.

Qvid libri eſt *anthologia Lactantii Firmiani*? in Catalogo Bibl. Lugd. Batav p. 36. noviſſ. edit.

*Pauli Pirani* annotationes pleniſſimas in libros tres primores Inſtitutionum Lactantii, ſed adhuc ineditas memorat Allatius p. 213. apum urbanarum.

*Liber primus Inſtitutionum* Gallice verſus à *Droueto de Maupertuy*. Avenione 1710. 12. Mem. de Trevoux 1712. pag. 2055. Libros univerſos ſeptem jam olim vertit Renatus Fameus, cujus interpretationem Franciſco I. Galliæ Regi dicatam habeo ex editione Lugd. apud Jo. de Tournes 1563. 12. cum præmiſſo errorum Lactantii catalogo.

*Liber de opificio Dei* ad Demetrianum cum ſcholiis Eraſmi editus Baſil. 1529. 8. ad calcem viduæ hujus Chriſtianæ. Et cum obſervationibus

*Jo. Wili-*

Digitized by Google

*Jo Wilichii* Francof. ad Viadrum & Argent. 1542. 8. addito Hippocratis libello de Genitura, Wilichio interprete.

Ex editione *M. Georgii Lud. Goldneri*, illustris Ruthenei Rectoris, cum vita Lactantii & judiciis eruditorum. Geræ 1714. 8.

*Liber de moribus persecutorum* ad Donatum Confessorem, primum editus in tomo secundo Miscellaneorum *Steph. Baluzii* Paris. 1679. 8. atqve in editionibus Lactantii recusus A. 1684. 1685. 1698. & 1715.

Deinde vulgatus separatim, subjunctis Actis Perpetuæ & Felicitatis, Oxon. 1680. 12. cum brevibus scholiis *Jo. Felli*, Oxoniensis Episcopi, & cum notis *Jo. Columbi* ad illustrum virum Gisb. Cuperum. Aboæ 1684. 8. Acta Erud. 1685. p. 585. Novell. Reip. litter. A. 1685. p. 919.

Cum notis variorum, *Baluzii*, *Gisb. Cuperi*, *Columbi*, *Sparkii*, *Nic. Toinardi* (Paris. 1690. 12.) *Jo. Georg. Grævii*, *Thomæ Gale*, *Eliæ Boherelli* & alior. nec non H. Dodvvelli diss. de ripa striga (qvæ in edit. Lactantii A. 1684. lucem viderat.) ex editione *Pauli Bauldry*. Ultraject. 1693. 8. Vide Acta Erud. illius anni pag. 124.

Cum notis *Nicolai le Nourry*, monachi Benedictini * Paris. 1710. 8. qvi Nourrius



* Mem. de Trevoux A. 1711. p. 5. sqq. Acta Erud. 1711. pag. 470. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc Tom. 3. pag. 431. History of the works of the learned A. 1710. p. 584. Journal des Sav. 1710. Sept. p. 312. & 1716. Jul. pag. 34.

Digitized by Google

cum & in hac editione & in Tomo ſecun
Apparatus ad Bibliothecam maximam Pat
Tomo 2. diſſ. ſexta Pariſ. 1715. fol. hunc libr
abjudicare Lactantio, & neſcio cui Cæcilio r
buere fuiſſet conatus, argumenta ejus pe
qvam levia eſſe, qvibus ſcriptum hoc Lactanti
voluit eripere, docuit vir eruditiſſ. *Mauri*
*Veiſſ. la Croſe* in diſſ. inſerta Diario Hage
[Journal literaire] Tom. VII. pag. 1. & *Da*
*Maichelius*, in libro de Bibliothecis Pariſienſibu
edito Cantabrig. 1721. 8. pag. 187. ſeq. *Croſio*
reſpondere conatus eſt Nourrius Journal des
Sav. 1716. Jun. pag. 698. ſq. Sed ita etiam pau-
cos qvi cum ipſo facient reperiet.

Gallice interprete *Malacrucio*, Canonico Re-
menſi Pariſ. 1677. 1680. 12. traité de la mort
des perſecuteurs par *M. Maucroix*.

Anglice *Gilberto Burneto*, Epiſcopo Sarisbu-
rienſi interprete, cum præfatione de perſecu-
tione Chriſtianos parum decente. Lond. 1686.
& 1714. 8. Nouvell Rep. lettr. A. 1687. p. 979.
ſeq. Hiſtoire des Ouvrages des Sav. 1687. pag.
112.

Alia verſio Gallica ex Anglica Gilberti Bur-
neti. Ultraj. 1687. 8.

Cl. *Lud. Chriſt. Miegii* disqviſitionem Epiſto-
licam de dubiis nonnullis hujus libri locis cum
*Gerhardi von Maſtricht* ad illam reſponſione dabit
in editione ſua Lactantii Clariſſ. Bunemannus.
*Jo. Comirii* obſervationes habuit Emericus Bi-
gotius,

Digitized by Google

otius, ut traditur in memoriis Trevoltinis 705. Maj. pag. 382. edit. Amſt. *Gisberti* etiam *peri* notæ altero tanto auctiores editis memo-antur in Hiſtoria Critica Reip. litterariæ edita Gallice à Jo. Maſſono Tom. IV. pag. 307.

*Epitomen* Inſtitutionum ad Pentadium fra-rem, primus integram ex Codice Taurinenſi didit Rev. *D. Chriſtoph. Matthæus Pfaffius* Cancel-arius hodie Tubingenſis Pariſ. 1712. 8. cum Anonymi hiſtoria de hæreſi Manichæorum, fragmento de origine generis humani & Q. Ju-ii Hilariani de ratione Paſchæ & menſis. Mem. de Trev. 1712. pag. 2041. Bibl. ancienne & moderne de Mr. le Clerc. Tom. 3. pag. 445. Acta Erud. 1713. pag. 70. Journal des Sav. 1712. Sept. pag. 253.

Recuſa eſt Cantabrigiæ 1718. 8. cum notis V. Cl. *Jo. Daviſii*.

Eandem ex eodem Taurinenſi Codice accuratiſſime expreſſam cum notis celeberrimi Pfaffii auctis dabit laudatus Bunemannus.

Prima capita ex eodem Codice, non pauca tamen aliter deſcripta dedit illuſtris vir Scipio Maffeus in Epiſtola ad Apoſtolum Zenum, virum præclariſſimum, qvæ inſerta Diario Veneto (Giornale de' letterari d' Italia) Tom. VI. pag. 458. & Londinenſi Michaelis de la Roche (Memoirs of literature) Tom. 2. p. 339.

De *Epiſtolis* Lactantii Hadrianus Junius in Bataviæ Hiſtoria Lugd. Bat. 1588. 4. edita p. 311. qvo in loco Egmondani cœnobii, Benedictinis



Digitized by Google

Monachis deſtinati meminit, *ubi Bibliothe celebris omnis generis ſcriptis codicibus & præſert membranaceis, quos diligenter magna cura c Priores alii, tum Gerardus ex Pœlgeeſtana ſtir Abbas undecunque conquiſierant, raros oſtendit, quibus dolet mihi interiiſſe intra quindecim pro mos annos magno literaria Reip. detrimento* Lactanti Firmiani Epiſtolarum libros duos, *quorum meminit nominatim D. Hieronymus,* * *quos du ad me cogitat, editioni deſtinandos, mittere Antonius Hovæus illic religioni operatus, vir doctus, qui poſtea Abbam Abſtornacenſem proſpera ſua egit, repperit à bibliotapho quopiam librorum ſublatos: atque ita diſperiit ille theſaurus, ab hæredi-*

*bus*

* Hieron. cap. 80. de Script. Eccleſ. inter Laſtantii ſcripta poſt librum de perſecutione memorat *Epiſtolarum ad Probam libros quatuor, ad Severum Epiſtolarum libros duos, ad Demetrianum auditorem ſuum Epiſtolarum libros duos.* Idem cap. 111. *Aquilius Severus in Hiſpania, de genere illius Severi ad quem Lactantii duo Epiſtolarum ſcribuntur libri.* S. Damaſus Epiſt. 1. ad Hieron. *Fateor quippe tibi eos quos mihi jampridem Lactantii dederas libros, ideo non libenter lego, quia & plurima Epiſtola ejus usque ad mille ſpatia verſuum tenduntur, & raro de noſtro dogmate diſputant, quo fit ut & legenti faſtidium generet longitudo, & ſi qua brevia ſunt, ſcholaſticis magis ſunt apta quam nobis, de metris & regionum ſitu & Philoſophis diſputantia.* Hieronymus in Galat. 4. pag. 268. *multi per imperitiam Scripturarum, quod & Firmianus in octavo ad Demetrianum Epiſtolarum libro facit, aſſerunt Spiritum S. ſæpe Patrem, ſæpe Filium nominare.*

Digitized by Google

*ſacrifici, in quem cadebat ſuſpicio, in cucullos & rris involucra conciſus.*

*Librum de ſpectaculis* è MSto in lucem datum enetiis, legas in Memoriis Trevoltinis A. 1705. p. 1992. & in novellis Reip. literar. ejusdem ni Tom. 2. pag. 117. ſed nemo eſt qvi vide- ab illo tempore, unde merito pro fabula abet Clariſſ. Bunemannus in Miſcellaneis ipſienſibus Tom. 3. pag. 136.

Ὁδοιπορικὸν Lactantii præter rem pro edi- videtur habere Jacobus Gaddius Tom. 1. de riptoribus non Eccleſ. pap. 181. Similiter ut *ympoſium* clariſſimus Heumannus, de qvo ſupra pag. 273.

*Adverſus Judæos* ſcripturum ſe promiſit Lactantius VII. 1. *Sed erit nobis contra Judæos ſeparata materia, in qua illos erroris & ſceleris convincemus.*

*Ad Aſclepiadem* lib. II. & *Grammaticus* Lactantii perinde interciderunt, ut liber qvem Aſclepiades ille ad Lactantium de providentia ſcripſerat cujus meminit ille VII. 4. *Optime igitur Aſclepiades noſter de providentia ſummi Dei diſſerens in eo libro quem ſcripſit ad me,*

## CASP. BARTHII
## Index Scriptorum à LACTANTIO citatorum.

*ad paginas edit. Lugd. 1594.*

AGlaoſthenes 54.
Amos 360.

Anacharſis 281.
Anaxagoras 21. 220. 222. 230. 288. 410. 4[illegible]
Antiſthenes 21.
Apollodorus Erythræus lib. 1. cap. 6. & de [illegible]
cap. 22.
Apollonius 407. 409.
Appius 554.
Apulejus 407. 409.
Arceſilas 205. 209.
Archytas 731. 732.
Archimedes 131.
Ariſtarchus 406.
Ariſtippus 213. 245. 617.
Ariſto Chius 740.
Ariſtophanes Grammaticus 406.
Ariſtoteles 22. 167. 169. 211. 219. 290. 444. 452. 586. 708. 712. 734. 788.
Ariſtoxenus 638. 798.
Aſclepiadis liber ad Lactantium ſcriptus 601.
Aſclepius 184.
C. Baſſus 99.
Bibaculus 97.
Cæſar in Arato 54. 98. 413.
Calliphon 211.
Carneades 443. 449.
Chryſippus 22. 27. 664. 705.
Cicero 10. 22. 24. 30. 35. 38. 40. 49. 55. 56. 63. 65. 66. 71. 72. 77. 83. 114. 115. 119. 124. 125. 126. 128. 137. 147. 148. 153. 155. 161. 167. 172. 195. 218. 224. 237. 239. 241. 242. 243. 246. 247. 248. verſibus 252. 261. 262. 264.

Digitized by Google

264. 280. 288. 290. 291. 293. 307. 334. 338.
Arato 414. 417. 418. 423. 432 436. 446. 451.
459. 469. 486. 497. 504. 520. 521. 522. 526.
549. 552. 556. 559. 575. 578. 580. 582. 591.
599. 600. 619. 622. 626. 628. 640. 664. 685.
695. 707. 711. 720. 729. 739. 749. 750. 808.
eanthes 25,
x. Clodius 100.
yprianus 401. 411.
aniel 363.
avid Rex 313. 320. 323, 326. 328. 331. 333.
335. 346. 356. 358.
emocritus 10. 254. 256. 274. 289. 586. 617.
638. 705. 836.
emosthenes 405.
iagoras 10. 698. 708.
icæarchus 256. 617. 638. 836.
idymus 101. 102.
imomachus 211.
iodorus 211.
omitius 435. Ulpianus.
mpedocles 163. 288. 801. 802.
nnius 47. 50. 53. 59. 60. 68. 77. 398. 711.
picurus 154. 169. 211. 230. 250. 280. 406 586.
597. 602. 619. 638. 685. 686. 695. 697. 705.
718. 722. 725. 753. 753. 766. 775. 836.
Eratosthenes 26.
Esaias 323. mors 324. 326. 331. 333. 350. 357.
392.
Esdras 321. 357.
Euclides 230

Euhemerus 47. 54. 711.
Euripides 26. 449.
Feneſtella 28. 740.
Feſtus Peſcennius 90.
Germanicus in Arato 54 95. 413.
Helias Propheta 323.
Heraclides Ponticus 27.
Herillus 211.
Heſiodus 19. 181.
Hieremias 314. 322. 331. 363.
Hieronymus 211.
Homerus 10. 19. 26. 38. 312. 386.
Horatius 120. 442. 454 498.
Hydaſpes 646. ejus ſcriptum ibid. 841.
Joannes Evangeliſta 317.
Juvenalis 293.
Leucippus 254. 699. 705.
Lucianus 37.
Lucilius 37. 100. 303. 427. 443. 496. 501. 502. 550.
Lucretius 69 91. 97. 116. 117. 169. 173, 238. 249. 251. 255. 389. 516. 594. 630. 631. 635. 677. 694, 701. 754. 766. 775. 802. 804.
Malachias 323.
Mercurius 30.
Michæas 96. 349.
Minutius Felix 52. 401.
Moſes 351.
Nævius 26.
Nepos 58. 244.
Nicanor 26.

Ora-

Digitized by Google

acula 29. 89. 332. 637. 743. 836.
cheus 18. 21. 30. 58. 59. 101. 314.
cas 361.
idius 55. 58. 70. 82. 89. 94. 96. 108. 127.
157. 162. 735. 742. ejus phænomena 131.
414.
næus 497.
rsius 113. 121. 122. 249. 485.
scennius Festus 90.
erecydes 617. 629.
so 26.
ato 22. 33. 65. 66. 124. 169. 182. 240. 255. 259.
264. 266. 269. 270. 288. 301. 307. 406. 444.
445. 452. 544. 586. 591. 594. 595. 616. 617.
618. 630. 639. 681. 697. 708. 711. 731. 757.
830. 832.
Plautus 438. 521.
Posidonius 685. 728.
Propertius 138.
Protagoras 10. 697.
Pythagoras 21. 199. 261. 300. 301. 619. 636.
664. 708.
Qvintilianus 5 2.
Qvintilianus declamator 91. 419.
Regum libri 323. 334. 336.
Sallustius 96. 175. 292. 554.
Seneca 23. 30. 32. 70. 122. 150. 230. 242. 244.
249. 276. 281. 427. 443. 476. 549. 577. 581.
645. 728. 740. 741.

Si-

Sibylla 28. 29. seq. 50. 61. 65. 154. 172. 176. 184. 311. 312. 334. 341. 342. 343. 344. 348. 350. 356. 357. 360. 361. 364. 443. 616. 635. 649. 652. 654. 655. 658. 665. 666. 668. 670. 740. 741. 742.
Sisinnius Capito 564.
Socrates 201. 203. 255. 266. 268. 289. 680. 681. 697.
Solomon 311. 316. 317. 346. Odæ ejus 326. 359.
Sotion 577.
Straton 698.
Tarqvitius de viris illustribus 38.
Terentius 260. 425. 676.
Tertullianus 401. 411.
Thalus 103.
Themistis mulier Philosopha 281.
Theodorus 698. 708.
Theophilus ad Avtolycum 103.
Timon 734.
Trismegistas 25. 53. 154. 158. 167. 173. 183. 184. 311. 312. 315. 317. 330. 387. 445. 582. 598. 622. 637. 652. 711. 841.
Varro 25. 28. 73. 89. 99. 173. 177. 344. 740. 764. 773. 777. 788. 791.
Verrius 80.
Virgilius 20. 41. 42. 59. 64. 75. 80. 87. 166. 188. 217. 291. 319. 343. 390. 414. 424. 429. 435. 491. 576. 593. 657. 660. 661. 663. 667. 668. ex Sibylla. 691. 693. 710. 715. 773. 804.

Xe-

Digitized by Google

enocrates 798.
enophanes 275.
enophon 711.
acharias 336. 337. 338.
eno 22. 203. 211. 215. 317. 406. 577. 617. 708.
eno Epicureus. 268.

De *S. Hilario* Pictavienſi Epiſcopo A. C. 367. efuncto * qvem eloqventiæ Latinæ Rhodanum ixit Hieronymus, præter editores conſules ollandum in Actis Sanctor. ad 13. Januar. T. 1. ag. 782. ſeq. Joannem Bouchetum parte 1. nnalium Aqvitaniæ cap. 6-15. Tillemontium om. 7. memor. &c.

De editionibus Hilarii accurate Benedictini n prolegom. & B. Doctor meus Tho. Irtigius n Actis Eruditor. Tom. 3. ſupplementi pag. 49. ſeq. Libros de Trinitate, ad Conſtantium, contra Conſtantium, contra Auxentium & de ynodis, *Georgius Cribellius* Presbyter: ejusdem in Pſalmos aliqvot commentarium *Johannes Solidus Cracovius* hortante Jacobo Fabro Stapulenſi è tenebris eruit. His Hilarii ſcriptis commentarium in Matthæi Evangelium, & Epiſtolam ad Apram *Jodocus Badius Aſcenſius* adjunxit, cum A. 1510. fol. Pariſiis Hilarii opera ederentur. Poſtea *Deſiderius Eraſmus* Roterodamus Hilarii opera, addita prolixa præfatione, qvæ & Romanam & Pariſienſium Theologorum cenſuram incurit, & libro XXVIII. Epiſtolarum Eraſmi, edit. Lond. Epiſtola 8. recuſa legitur, Baſileæ

* Vide Anton. Pagi ad A. 360. n. 2. & 369. n. 4.

leæ A. 1523. ex Frobenii officina in lucem publicam emiſit, ex qva iterum A. C. 1525. Hilarii opera prodierunt, adjecto tractatu de Patris & Filii unitate, qvem tamen non ab Hilario ſcriptum, ſed à ſtudioſo qvodam ex Hilarii libris de Trinitate, attexta alterius cujusdam ſcriptoris lacinia, conſutum ipſi editionis illius curatores agnoverunt. Alia qvædam Hilario *ſuppoſita* opuſcula, nempe tractatus de eſſentia Patris & Filii, duæ ad Auguſtinum epiſtolæ, & *carmen*, qvod Geneſis inſcribitur, in editione Pariſienſi A. C. 1544. *Ludovici Mirei* ſtudio accurata acceſſerunt. In illam animadverſiones Latini Latinii exſtant in ejus Bibliotheca ſacro-profana pag. 28--74. Hanc Pariſienſem, rarius obviam editionem novæ Baſileenſes excepe-runt. Nam A. C. 1550. Hilarii lucubrationes *Martini Lypſii* ſtudio ad plura exemplaria collatæ & recognitæ prodierunt, qvibus A. C. 1570. *Johannes Jacobus Grynæus* vitam Hilarii a ſe compoſitam præmiſit, in qvam graviter *invehuntur* Benedictini præfat. §. 9. Verum *Johannes Gillotius*, qvi A. C. 1572. novam Hilarii operum editionem accuravit, huic vitæ Hilarii per Grynæum elaboratæ ſuam ipſius de vita & ſcriptis Hilarii lucubrationem ſubſtituit, cui etiam vitam Hilarii ex *Hieronymo* & *Gregorio Turonenſi*, nec non duos *Fortunati* (Venantii ut videtur) libros de vita Hilarii, & *Petri Damiani* ſermonem de translatione reliqviarum Hilarii adjecit. Ab eo tempore Pariſiis A. C. 1605. Hilarii opera

&

fragmentis Hilarii, qvæ A. C. Paris. 1598. 8.
k, Bibliotheca Petri Pithœi *Nicolaus Faber* secr.
m ediderat, & tractatibus in Psalmos 13. 14.
49. & 150. locupletata lucem publicam adspe-
erunt, qvæ editio & Coloniæ 1617. recusa, &
arisiis A. C. 1631 & 1652. iterata fuit.

Nova editio qvam molitus fuit *Jo. Baptista Sandinius*, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, nun-
qvam vidit lucem, sed bene est qvod exstat lu-
culenta & accurata illa qvam *Petro Coustart* ejus-
qve sodalibus Monachis Benedictinis debemus
Paris. 1693. fol. in qva post erudita de vita, do-
ctrina & scriptis Hilarii prolegomena, veterum-
qve de eo monumenta ac testimonia occur-
runt:

1) *Commentarii in Psalmos*, in qvibus ex Origenis fere sensu allegoriam potius consectatus est, subtili tamen rerum verborumqve acumine, & ea grandiloqventia, ut notat Combefisius, qvæ simplicioribus obscuritatem pariat.

2) *Commentarii in Matthæum*, ex qvorum proœmio nonnulla affert Cassianus VII. 24. de incarnatione.

3) *De trinitate libri XI*, sub finem exilii circa A. 361. scripti, qvos *libros fidei* vocat Ratramus, secundum allegans Tom. I. spicilegii Dacheriani p. 335. In his potissimum libris emendandis Erasmi desudavit industria.

4) *De Synodis* adversus Arianos liber sive de fide Orientalium, cui in hac nova editione pag. 1205.

1205. seq. accedunt apologetica ad reprehensores libri de Synodis responsa.

5) *Epistola ad Abram filiam*, cum *hymno* annexa, quam suppositiitiis alii præter rem adscribunt. Primus edidit Badius Ascensius acceptam à Guil. Parvo, ex cœnobio S. Benigni Divionensis.

6) *Ad Constantium liber*, cujus initium: *Benefica natura tua*, scriptus A. 355. vel 356.

7) *Ad eundem liber* qvi incipit: *Non sum ut eius.* Scriptus A. 360.

8) *In Constantium liber*, qvi incipit: *Tempus est loquendi.* Benedictinis videtur scriptus Constantio adhuc vivo ac superstite, * nec imperfectus sed à manu peregrina auctus p. 1236.

9) *Adversus Arianos & Auxentium* Mediolanensem liber, cui subjungitur Auxentii ad Imperatores Valentinianum & Valentem Epistola.

10) *Fragmenta* ex opere historico de Synodis, pridem edita à Nic. Fabro, qvibus fragmenta ex aliis perditis Hilarii scriptis subjiciuntur.

11. *Carmen in Genesin*, primum cum Epistolis duabus ad Augustinum editum a Ludovico Miræo in editione Paris. 1544. sed qvas Hilarii Arelatensis esse eruditi non dubitant, atqve adeo Benedictini omiserunt.

12) *Liber de Patris & Filii unitate*, & aliqvot locorum S. Scripturæ interpretatio. Cento ex libris de Trinitate, secundo potissimum & nono, primum additus in editione Basil. 1535.

13)

* Vide quæ notavi ad Hieron. c. 100. de Script. Eccles.

Digitized by Google

13) *Liber de essentia Patris & Filii*, cento ex libris de trinitate septimo & octavo, cum appendice de variis Christi cognominibus, editus primum à Lud. Miræo, à Gillotio omissus.

14) *Confessio de Trinitate* qvam Jo. Leunclavius Basil. 1578. 8. cum Imp. Manuelis Comneni legatione ad Armenios, aliisqve scriptis ex Jo. Sambuci Bibliotheca sub Hilarii Pictavensis nomine vulgavit Græce cum Latina versione velut deprompta ex ejus sermone qvi post Pentecostem in festo SS. Trinitatis recitatur. Sed Benedictini observant esse Confessionem qvæ tribus Alcuini de Trinitate libris subjicitur.

De *libro Hymnorum* sub Hilarii nomine edito cum expositione Parisiis 1480. vide prolegom. §. 20. seqq.

Intercidit Hilarii *ad Sallustium* præfectum Galliarum contra Dioscorum Medicum, *quo brevi libello*, inqvit Hieron. Epistola ad Magnum, *quid in litteris posset ostendit.*

Desideramus etiam *librum Mysteriorum*, & *Epistolas* ad diversos, Sulpicio Severo etiam laudatas, & *in Cantica Canticorum* commentarios non visos sed ex aliorum fide memoratos Hieronymo: nec non *expositionem Epistolæ ad Timotheum* citatam in Concilio Hispalensi cap. 12. & *librum contra Ursicium & Valentem*, cujus ampliora fragmenta de historia Ariminensis & Seleucensis Synodi edidit Nic. Faber. Deniqve *tractatus in Job*, qvos de Græco Origenis ad sen-

ſum tranſtuliſſe teſtatur, Hieronymus c. 100. de ſcriptoribus Eccleſ. Neqve enim Hilarium ſed Arianum qvendam ( ut ſuſpicatur Huetius) auctorem habent libri III. in Jobum cum Origenis vulgati operibus præfixa præfatione qvæ incipit : *Peritorum mos eſt Medicorum.* Fragmentum ex Hilario in Jobum occurrit apud Auguſtinum II. 8. contra Julianum. Vide & cap. 62. de Gratia. Qvod vero apud Hieron. ad Pammachium Codices qvidam laudant *Hilarii de numero ſeptenario librum* ad Fortunatum in *MSS.* Codicibus non Hilarii nomen occurrit ſed Cypriani, in cujus libro de exhortatione Martyrii ad Fortunatum qvi etiamnum exſtat, p. 178. ſeq. de numero ſeptenario diſſeritur.

Hilarii dicta qvædam defenduntur adverſus Berengarium à Lanfranco Tom. 18. *Bibl. Patrum* Lugd. pag. 824. ſeq. De Hilarii doctrina conſulendus etiam (præter Petrum Coutant in prolegomenis & in Veterum Codicum Vindiciis confirmatis) Matthæus Petitdidierius * in tomo ſecundo obſervationum ad Ellies *du Pinii* Bibliothecam Eccleſiaſticorum ſcriptorum Gallice editarum. Alius 1) Hilarius Arelatenſis Epiſcopus A. 449. defunctus, de qvo Paſchaſius Qvesnellus ad Leonem M. Tillemontius T. 15. memor. & Acta Sanctor. ad 5. Maji T. 2. p. 25. ſqq. ubi vita qvam ajunt ſcriptam ab Honorato Maſſilienſi. Vide etiam Tom. 7. p. 594. ſeq. Henricum Noris libro 2. Hiſt. Pelagian. Brunonem

* Journal des Savans A. 1693. pag. 45. ſeq.

Digitized by Google

nem Neusserum in vindiciis pro Hilario semipélagianismi reo. Ravennium in vita Hilarii citat Petrus Saxius in Pontificio Arelatensi pag. 57.

2) Hilarius Sardus patria, Diaconus Romanus circa A. C. 354. cui qvæstiones in V. & N. Testamentum inter S. Augustini opera, & Commentarii in Epistolas Pauli sub Ambrosii sæpius editi nomine tribuuntur. Vide Tillemontium Tom. 7. memor.

3) Hilarius Gabalorum Confessor & Episcopus cujus meminit Ephraimus Patriarcha Antioch. apud Photium Cod. 229. pag. 423.

4) Hilarius Narbonensis Archiepiscopus ad qvem scripsit Bonifacius Papa apud Hincmarum Tom. 2. pag. 157.

5) Hilarius Episcopus Romanus ab A. C. 461. ad 467.

6) Hilarius Tolosanus de qvo Acta Sanctor. 21. Maj Tom. 5. pag. 11.

7) Hilarius Philosophus cujus meminit Damascius apud Photium Cod. 242. pag. 570.

Hilarius Viennensis Episcopus in Flacii Catalogo testium veritatis p. 63. haud diversus ab Arelatensi de qvo supra.

De *Lucifero* Caralitano in Sardinia Episcopo A. C. 371. defuncto, cujus scripta ex minus emendato Codice à Jo. Tilio Paris. 1568. 8. atqve deinde in Bibliothecis Patrum edita sunt, dixi in Bibl. Græca Tom. VIII. pag. 492.

*Phœbadii*, qvi Agenni in Aqvitania Episcopus Hosio * adhuc vivente sed jam nonagenario scripsit, *liber contra Arianos* qvo formulam Sirmiensem A. C. 357. ad Gallos missam refellit, primum Genevæ vulgatus à Theodoro Beza A. 1570. 8. cum S. Basilii libris IV. contra Eunomium: deindé à Petro Pithœo Paris. 1586. 4. Hinc à Caspare Barthio cum notis Francof. 1622. 8. ut editiones in Bibliothecis Patrum omittam.

*Zeno* Veronensis S. Ambrosio Epist. 64. Syagrium laudatus, traditur auctor esse sermonum CIV. ** (breviorum plerorumqve) qvos genuinos esse non dubitat valdeqve commendat Augustus Buchnerus diss. Academic CCC. LXXXIX pag. 257. Et sane qvosdam illius Zenonis esse valde videtur credible. Bene tamen Sixtus Senensis libro IV. Bibl sanctæ pag. 391. *Constat hos sermones majori ex parte collectos esse ex diversis autoribus - - Nam sermones qui Psalmos â nobis numeratos exponunt, descripti sunt ex commentariis* Hilarii, *ne verbo quidem immutato. Sermo in illud*, attende tibi, *una cum alia concione de livore & invidia, quæ in eodem volumine hunc subsequitur*, D. Basilii *est: cæteri vero sermones, sive magis fragmenta sermonum, ob styli diversitatem varios arguunt auctores. Sed auctor sermonis* 94. de

* Vide Phœbadii librum cap. ult. & quæ de hoc scriptore notavi ad Hieron. de scriptoribus Eccles. cap. 108.

** Nescio quomodo Caveus numerat 93. Tillemontius 27.

Digitized by Google

*e continentia qui hoc opere continetur, affirmat se* CHRISTI *ortu abfuiſſe annis quadringentis* * *& eo mplius.* In lucem protulit Guarinus Veroenſis, Venet. 1508. 8. Raphael Bagata & Baptiſta Perettus Veronæ 1586. 4. unde recuſi n Bibliothecis Patrum, & in Combefiſii Bibl. oncionatoria. Sermonem 103. de S. Arcalio Martyre, cum MS. collatum exhibet Bolandus Tom 1. Act. Sanctor. Januarii pag. 723. Alios qvosdam Chriſtianus Daumius cum caſtigationibus Caſp. Barthii inter homilias Patrum de Nativitate CHriſti, Cygneæ 1670. 8. De hoc Zenone videndus Henſchenius Tom 2. Aprilis pag. 69. ſeq. & Tillemontius Tom. 3 hiſtoriæ Imperatorum pag. 766 ſeq. & 919. ſeq. Caſp. Barthius XLIII. 10. Adverſar. *Cum Zenonis Veronenſium quondam Antiſtitis ſermones lego, Chriſtianum quendam Appulejum legere mihi videor, adeo eruditus eſt & denſus in ſignificandis per pauca multis is nobiliſſimus auctor.*

*Fabius Marius Victorinus* Afer, qvi Romæ Rhetoricam docuit, præceptor ut ajunt S. Hieronymi (licet hoc neutiqvam credere ſuadet Hie-



* Verba ſunt: *At cum ante annos ferme quadringentos veleo amplius Apoſtolicum hoc operetur edictum, quo & vivaciores fuere homines & rariſſimi Chriſtiani.* Sed in recentioribus editionibus contra fidem Codicum MSS. pro quadringentis poſiti ſunt docenti, quia nempe Zenonem hunc volunt eſſe qui Martyrium ſubierit ſub Gallieno A. C. 260.

Digitized by Google

ronymus) CHriſto nomen dedit ſenex, * cum Julianus A. C. 362. Chriſtianos doce literaturam & Oratoriam prohibuiſſet, *loqu tem ſcholam deſerere maluit quam verbum Tuum, D mine, quo linguas infantium facis diſertas.* Augu ſtin. VIII. 5. confeſſ.

Ejus *de SS. Trinitate libri IV.* adverſus *Candidum* Arianum, qvos dialectico more valde obſcuros notavit Hieronymus cap. 101. de S. E. & è recentioribus Petavius p. 30. & 103. dogm. Theol. de Trin. primum prodierunt Baſil. 1528. deinde in Orthodoxographis A. 1555. & hæreſiologia Jo. Heroldi A. 1556. & in Bibliothecis Patrum.

*De generatione Verbi Divini* adverſus eundem *Candidum* una cum Candidi Epiſtola de hoc argumento primus edidit Jac. Zieglerus cum ſuis in Geneſin & Exodum commentariis *Baſil.* 15-8. fol. Deinde cum aliis Victorini Petavionenſis reliqviis Andreas Rivinus Lipſ. 1652. 8. Partem dedit etiam Joh. Mabillonius Tom. IV. Analect. p. 155. *Ad-*

* Auguſtinus in Confeſſionum libris quos circa A. 400 ſcripſit, VIII. 2. *Ubi commemoravi legiſſe me quosdam libros Platonicorum quos Victorinus quondam rhetor urbis Romæ, quem Chriſtianum defunctum eſſe audieram, in latinam linguam transtuliſſet - - ille doctiſſimus ſenex, & omnium liberalium doctrinarum peritiſſimus, quippe Philoſophorum tam multa legerat & dijudicaverat & dilucidaverat, doctor tot nobilium ſenatorum qui etiam ob inſigne præclari magiſterii, quod cives hujus mundi eximium putant, ſtatuam in Romano foro memorat & acceperat, usque ad illam ætatem venerator idolorum &c.*

Digitized by Google

*Adversus Justinum* † Manichæum contra duo rincipia Manichæorum, & *de principio diei* * œperitne à vespera an à matutino, edidit Jac. irmondus Tomo primo Opusc. dogmatic. vete- um Paris. 1630. 8. Recusa in Operibus Sirmon- i Paris. 1696. fol. Tomo I. pag. 409. 422. nec ion in Tomo IV. Bibliothecæ Patrum Lugd. ag. 289. 292.

*De Homousio recipiendo*, *hymni tres*, qvi inter- retem in nonnullis benignum exigunt, ju- lice Launojo diss. de Victorinis pag. 56.

*Carmen de septem Maccabæis* ab Antiocho Epi- phane interfectis.

Commentarios Victorini in Epistolas Pauli *ad Galatas* & *Philippenses* delitescere MSS. in Bi- bliotheca Monasterii Herevallensis in Gallia, refert Sirmondus, stylum planiorem & apertio- rem testatus Tom. 1. Opp. ante pag. 345. In illis Scripturarum sanctarum ignorationem notavit Hieron. præf. in Epist. ad Galatas.

Librum Victorini *de Syllogismis hypotheticis* præter Cassiodorum lib. de Dialectica memo- rat Isidorus Hisp. lib. 2. Originum cap. 28. Idem cap. 29. qvatuordecim genera definitio- num affert ex Victorini ut suspicor libro *de defi- nitionibus*.

In *Porphyrii Isagogen de prædicabilibus* à Vi- ctorino translatam exstant *Boëthii* commen- tarii, inter Boëthii opera sæpius vulgati ut



† Labbe pag. 24. Bibl. novæ MSS. *Justum*.

* Idem malè typographi vitio pag. 368. *de principio Dei*.

dixi lib. III. c. 15. Ejusdem Isagoges à Victorino versæ meminit Isidorus lib. 2. Origg. c. 25.

*Commentarii in Ciceronis Rhetorica* sive *duos de inventione* libros, qvorum præter Cassiodorum in Rhetoric. meminit Gerbertus sive Silvester *II.* Epistola 130. editi sunt Venet. 1481. fol. per Baptistam de Tortis, atqve deinde sæpius tum separatim, tum cum aliis Ciceronis scriptis Rhetoricis, atqve inter Rhetores Latinos junctim excusos Francisco Pithœo curante Paris. 1599. 4. de qvibus dixi lib. IV. cap. 8. *Marini Becichemi* Scodrensis emendationes in Victorinum exstant in Centuria prima ejus Epistolicarum qvæstionum c. 17--29 Venet. 1506. fol.

Maximi Victorini sub nomine, incertum an ejusdem cum Mario, libelli tres unus *de re Grammatica*, alter *de carmine heroico*, & tertius *de ratione metrorum* exstant in Grammaticis Eliæ Putschii pag. 1937. 1955. 1963. Et Marii Victorini *de orthographia & ratione Metrorum lib. IV.* pag. 2450. Eadem vulgaverat Adamus Petri Basil. 1527. 8. & Joach. Camerarius Tubing. 1537. 4. & 1584. 8. Commelinus cum aliis opusculis Grammaticis qvæ ad lib 4. cap. 7. recenseo. Adamus Petri in præf. *Exemplariorum tanta erat dissensio, quorum duo è Laurissa, tertium è Murbachio nobis Sichardus communicaverat, ut nec ejusdem quidem auctoris omnia crederemus, præsertim cum Laurissanum exemplar sua* Maximo *cuidam* Victorino, *aliud vero contra* Mario *asserat,*

Digitized by Google

*ætate, quem constat eruditione celebri Lactantii tempore Romæ cum Afer esset, Rhetorica docuisse.*

De *S. Damaso* qvi Episcopus Romanus fuit ab A. C. 366. 1. Octobr. ad 384. 10. Dec. consulendus præ cæteris Tillemontius Tomo VIII. memoriar. Scripta ejus ab Andrea Rivino & Sazanio junctim edita memoravi Volum. 1. pag. 710. De confessione fidei & Anathematismis XII. apud Augustinum sermone 129. de tempore, vide Lambecium VIII. pag 446. & Paschas. Qvesnell. diss. 14. ad Leonem Magnum. *Acta Martyrii* Martyrum Romanorum *Petri* exorcistæ & *Marcellini* laudat Eginhartus: * *Hæc ut gesta referuntur, retulisse asserunt illum ipsum qui eosdem interemit martyres* (Dorotheum) *& ab illo didicisse* Damasum Pontificem, *cum ætate puerili per eadem tempora sub magistro ministraret, & ad magnum crescceret rerum culmen, tunc Romana Lector in Ecclesia. Post hæc cuncta memorasse ac mandasse litteris, cum illius almæ sedis obtineret apicem, & in tota principatu polleret Ecclesia.*

*S. Optatus* Milevitanus in Numidia Africæ provincia Episcopus circa A. C. 370. ** scripsit sex libros adversus Parmenianum, Donatianæ partis Carthagine Episcopum: qvorum argumenta etiam ponit capite septimo libri primi. Nec plures qvam sex libros legit Hie-



* Tom. 1. Act. Sanctor. Junii pag. 176.

** Siricii A. C 384. ad sedem Romanam evecti nomen qui inter Romanos Episcopos recensentur apud Optatum l 2. cap. 3. ab alia manu postea demum adjectum videtur viris doctis.

ronymus capite 110. de ſcriptor. Eccleſ. Se qvod hodie libri ſeptem numerantur, ind eſt qvod tres laciniæ vel ab auctore poſt elab ratæ, vel à prioribus libris hinc inde reſciſſæ i modum ſeptimi libri ſubjunctæ ſunt. Sex tan tum libri ſunt in editione prima parumqve emendata *Joh. Cochlei* Bibl. Cuſana prope Treviros Moguntiæ 1549. fol. ad calcem librorum Conradi Bruni de hæreticis. Sex qvoqve edidit A. 1563. Pariſiis 8. *Franciſcus Balduinus*, ſed ſeptimum poſtea minutiori charactere adjiciendum Gallice vertitit A. 1564. 8. *Petrus* Optatum Gallice vertit A. 1564. 8. Petrus Vielus Theologus Pariſ. A. 1582. defunctus, teſte Crucimanio pag. 420. Bibl. Gallicæ. Deinceps ſeptem libri emendatius editi ab eodem Balduino Pariſ. 1569. cum notis & Hiſtoria Donatiſtarum, recuſi apud Commelin. 1599. Heidelbergæ: * Ab eo tempore Optatus cum commentariis poſtumis *Gabrielis Albaſpinæi* vulgatus Pariſ. 1631. fol. curante Carolo Paulino S. I. & cum *Merici Caſauboni* obſervationibus, Londini eodem anno, in 8. Rigaltium de correctiore Optati editione concinnanda cogitaſſe teſtatur Launojus pag. 31. diſſ. de Victorin. Sed illa ſpe decollante *Philippus Priorius* Optatum recudendum dedit cum notis Balduini, Caſp. Barthii, Albaſpinæi & ſuis, Pariſ. 1679. fol. Deniqve *Lud. Ellies* du *Pin* vir præclariſſ. ex qvinqve Codd. MSS. Optatum ipſum longe dedit

* Male *Witeberga* legitur apud Poſſevin.

dit emendatiorem, ac non modo editas an-
a virorum doctorum in hunc ſcriptorem no-
s univerſas, ſed etiam doctiſſimas ſuas, &
vamplurima ad Hiſtoriam Donatiſticam &
eographiam Eccleſiaſticam veterem Africæ
pprime facientia adjunxit. Pariſ. 1700. fol.
væ editio Amſtelodami A. 1701. ita eſt recuſa,
t notæ variorum non ad calcem voluminis re-
ctæ, ſed per ſingulas paginas Optati verbis ſta-
m ſubſtratæ exhibeantur.

Alius fuit Optatus Donatiſtarum putronus de
vo Tillemontius Tom. 6. memor. pag. 180.
Alius item S. Optatus Autiſſiodorenſis Epiſco-
us ſeculo VI. cujus memoria colitur 31 Augu-
ti. Vide Acta Sanctor. Junii Tom. 1. p. 397.

S. *Philaſtrii* Brixienſis libellus de hæreſibus lu-
cem vidit Baſileæ apud Henr. Petri 1528. 8. &
ibid. 1539. 8. cum incerti ſcriptoris re-
centis ſupplemento & CXIV. ſententiis
Patrum de officio verorum rectorum Ec-
cleſiæ DEi, & apoſpaſmatio ex Epiſtola
Nicephori Chartophylacis ad Theodoſium
Monachum de ligandi ſolvendiqve pote-
ſtate.

In Bibliothecis Patrum univerſis Pariſienſibus,
Colonienſi, & Lugdunenſi noviſſimâ To-
mo IV.

Separatim curante Johanne à Fuchte Helmſt.
1611. 4. cum ſupplemento incerti ſcriptoris
ex edit. Baſileenſi.

Ite-

Iterum Helmſt. 1621. 4.

Deniqve cum emendationibus meis & noſ indiceqve duplici locuplete & præmiſſis veſ rum teſtimoniis. Hamburg. 1721. 8.

*Pacianus* Barcinonis in Hiſpania Epiſcopus A. C. 390. defunctus, de qvo Acta Sanctorum 9. Martii Tom. 2 pag. 44. Tillemontius Tom. 8. memor. p. 537. ſeq. & Nic. Antonius in Bibl. veteri Hiſpana lib. 2. cap. 7. Hujus Paciani filio Lucio Dextro Hieronymus A. 392. inſcripſit librum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, *viciſſim* Hieronymo omnimodum ſuam hiſtoriam dedicavit Lucius Dexter.

*Paræneticum* Paciani *ad pœnitentiam*, in qvo non pauca mutuatus eſt ex Tertulliani libro de pœnitentia, Caſp. Barthius ſubjunxit Claudiani Mamerti libris tribus de ſtatu animæ & Hermæ Paſtori, Cygneæ 1655. 8. Idem Barthius plura Paciani loca illuſtrat in Adverſariis ſuis, qvemadmodum & Jo. Frid. Gronovius capite 18. monobibli Obſervationum Eccleſiaſticarum & Latinius pag. 165. Bibl. ſacro profanæ.

De cervulo, ſive ludicro qvo ſe in cervi vel alterius feræ habitum transformabant homines Kalendis Januariis, qvem morem Pacianus tangit in ſuo paræneticO, atqve in ſcripto peculiari qvod intercidit, qvodqve olim legit Hieronymus, reprehenderat, vide Sirmondi antirrheticum ſecundum capite 2. Cangii gloſſar. latin. in *cervula* & græcum in κεροβούκολος. Poſſi-

num

um ad S. Nili Epiſt. LXXXI. Menagii Origi-
es Gallicas in *charivari* & *biche*, Colomeſium
d Gyraldum de poëtis pag. 91. Martinum
ipenium in hiſtoria ſtrenarum pag. 468. T. 12.
Antiqvitatt. Eccleſ. & Jo. Reiskii diatribam de
ecolo & cervolo.

Paciani opuſcula primus vulgavit Jo. Tilius Pariſ. 1538. 4. inde cum Salviano & Sulpicio Severo Paulus Manutius Rom. 1564. fol. poſt ios, qvi Bibliothecas Patrum ediderunt, & novisſime Cardinalis Agvirre Tom. 2. Concilior. Hiſpaniæ pag. 79. ſeq. additis etiam notis. Rom. 1694. fol.

*Gregorio Bætico*, Epiſcopo Illiberitano tributum Martyrologium & Madriti 1667. editum explodit Nic. Antonius lib. 2. Bibl. vet. Hiſpan. capite 3. Idem cap. 2. de aliis ſcriptis Gregorio huic adſcriptis, ut libello de Trinitate contra Arianos, ad Gallam Placidiam qvi *Fauſtini* * eſt presbyteri, & libello de fide, qvem Gregorio huic

* *Fauſtini* & *Marcellini* Luciferianæ partis presbyterorum libellus precum A. 384 ad Imperatores Valentinianum, Theodoſium & Arcadium, cum libro ejusdem Fauſtini de Trinitate quem Gregorio Bætico Codices quidam & editiones in antiquioribus Bibliothecis Patrum tribuunt, editus eſt à Sirmondo Pariſ. 1650. 8. & T. 1. Opp. Sirmondi 1696. fol. p. 229. & in Bibl. Patrum Lugd. Tomo V. & cum Quesnelli obſervationibus ex diſſ 14 ad Leonem Magnum Oxon. 1678. 8. Codicis MSti in qvo liber de Trinitate Gregorio Hiſpanienſi, Eliberitanæ ſedis Epiſcopo adſcribitur, mentio apud celeberr. Montfauconum pag 85. Diarii Italici. De Fauſtino Gennadius cap. 13. & Tillemont, Tom. VII. memor. pag. 527. 766.

Digitized by Google

huic vindicat Paſchaſius Qvesnellus diſſ. 14. ad Leonem Magnum, & cujus libelli excerptum exſtat in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, capite 39.

*S. Ambroſii* ab A. C. 374. Epiſcopi Mediolanenſis, doctrinæ & conſtantiæ laude admirandi qvi A. 397. diem obiit, vitam ſcripſere ex priſcis Latine qvidem *Paulinus* [diverſus à Nolano] Ambroſii notarius & poſtea presbyter, qvem laudant Iſidorus c. 4. de ſcriptor. Eccleſ. Hincmarus Tom. 2. Opp. 169. 173. &c. Græce *Simeon Metaphraſtes*, qvem Paulino ſubjunctum Benedictini in appendice novæ Ambroſii editionis vulgarunt Græce & Latine. E recentioribus *Baronius* in editione Ambroſii Romana A. 1580. & accuratius deinde in Annalibus. *Godfridus Hermantius* Tillemontii memoriis tunc adhuc ineditis uſus in vita Ambroſii uberius expoſita Gallice Pariſ. 1678. 4. *Tillemontius* in tomo memoriarum decimo qvi lucem vidit Pariſ. 1705. 4. Franciſcus Girus & Hadr. Bailletus in vitis Sanctorum 6. Decembr. & deniqve Benedictini Monachi Nic. Frichius & Nicolaus Nourritus in laudata appendice, Pariſ. 1691. fol. Ab iisdem notitiam editionum operum Ambroſii mutuari liceat, traditam etiam in Actis Erud. A. 1688. pag. 64.

Antiqviſſima eſt qvam *Maffeilus Venia* Monachus Auguſtinianus, ejusdem Ordinis Generali Ambroſio Corano qvi A. C. 1486. obiit, nulla loci aut temporis nota adjecta nuncupavit. Proxima

xima huic eidemqve qvoad characteres ſimillima qvæ A. 1490. *Cribellii* Presbyteri ſtudio Mediolani apud *M. Leonardum Pachel* prodiit. Verum cum utraqve paucos admodum tractatus comprehendat, *Johannis Amerbachii* civis Baſileenſis induſtriam commendant, qvi biennio poſt longe plura Ambroſii opera tribus tomis 1492. fol. in lucem produxit, & *Johannis de Lapide* Carthuſiani Pariſienſis ope procuravit, ut ſingulis libris in certa capita diviſis, ſuum cuiqve capiti argumentum adderetur. Qvam editionem itidem Baſileæ A. C. 1506. 4. 3. Volum. *Johannes Petri de Langendorf*, regiſtro, ut appellat, florigero ſeu copioſo indice adjecto, prælo iterum ſubjecit cum præfatione Conradi Leontorii, Mulbronnenſis.

En conſpectum hujus, qvæ ad manus mihi eſt, editionis:

Paulinus de vita beati Ambroſii.

# Libri primæ partis.

De officiis. Libri III.
De Vocatione omnium gentium libri II.
Hexaemeron libri VI.
De Dignitate humanæ conditionis lib. I.
De Paradiſo liber I.
De Cain & Abel libri II.
De Noe & arca liber I.
De Abraam patriarcha libri II.
De Iſaac & anima liber I.
De bono mortis I.

De

De fuga ſæculi liber I.
De Jacob & vita beata libri II.
De Joſeph patriarcha liber I.
De benedictionibus patriarchum lib. I.
De Nabuthe Jeſraelita lib. I.
De Helia & jejunio liber I.
De Tobia liber I.
De Interpellationibus libri III.
De Apologia David liber I.
De Salomone liber I.
De Myſteriis initiandis liber I.
De Sacramentis libri VI.
De Dignitate ſacerdotali, vel
Cura paſtorali lib. I.
Orationes præparativæ ad miſſæ celebrationem II.

# Libri ſecundæ partis.

Beati immaculati
Super Lucam.
Epiſtolas Pauli.

# Libri tertiæ partis.

Epiſtolarum libri X.
De Synagoga liber I.
Contra Symmachum liber I.
Contra Auxentium lib. I.
De tradendis baſilicis liber I.
Conſolatorium Valentiniani liber I.
De Morte Theodoſii liber I.

De

Digitized by Google

De Inſtructione ſacerdotum liber I.
De Judiciis liber I.
De Circumciſione liber I.
De eligendo Pontifice liber I.
De Fide ad Gratianum Imperatorem:
De Trinitate libri V.
De Spiritu ſancto ad Gratianum Imperatorem. vel ſecundum alios:
De Gedeon libri III.
De fide & ſymbolo contra Arianos lib. I.
De Incarnationis dominicæ ſacramento:
De incarnatione Domini lib. I.
De Myſteriis Paſchæ liber I.
De exceſſu Fratris liber I.
De fide reſurrectionis liber I.
De Pœnitentia libri II.
Adhortatio pœnitentiæ, ſive ad pœnitentiam.
De Virginibus.
De Virginitate libri III.
De Viduis liber I.
Adhortatio ad virgines: vel
Exhortationis advirgines liber I.
De Inſtitutione virginis liber I.
Ad virginem devotam liber I.
Ad virginem corruptam deteſtatio: vel ſecundum alios:
De Lapſu virginis liber I.
Ad virginem corruptam exhortatio.
Ad corruptorem virginis objurgatio.
Opus Sermonum liber I.

De Paſſione ſanctæ Agnetis.
De Inventione vel Revelatione ſanctorum Geruaſii & Protaſiii.

Horum editorum diligentiam ſupergreſſus *Eraſmus* Roterodamus,* ut & plura & emendatiora Ambroſii opera ederet, qvod Baſileæ A.C. 1527. factum eſt, nullis laboribus pepercit eaqve editio tanto fuit in pretio, ut ſæpius diverſis locis recuſa, ac A. 1538. *Sigismundi Gelenii* aliorumqve doctorum hominum ſtudio novis ſubinde tractatibus locupletata & A. 1555. 1567. novis *Jo. Coſterii* & *Petri Nannii* curis expolita, omnium in ſe oculos converteret. At Benedictini noſtri, ut *Amerbachium* in vitioſos codices incidiſſe dolent: ita *Eraſmum* arguunt, qvod doctrinæ & famæ ſuæ fiducia audacior, plus ingenio ſuo & propriis conjecturis, qvam manuſcriptorum auctoritati detulerit, eamqve ob cauſam, cum hæc Eraſmi editio A.C. 1529. Pariſiis *Chevallonii* typis iterum exprimeretur, multa in ipſo textu commutata, & nonnulla in margine notata, qvin & poſtea a *Johanne Coſterio* Canonico Lovanienſi, qvi A. C. 1555. novam Ambroſii editionem adornavit, plus qvam duo millia errorum, ut ipſe gloriatur, ſublata fuerint. Editionem Pariſienſem A. 1540. recenſet Bellarminus de S.E.

* Vide Eraſmi præfationem inter ejusj Epiſtolas XXVIII. 3. edit. Lond.

Digitized by Google

S. E. Basileensem A. 1538. Gesnerus in Bibl. De editione Lugdunensi typis Frelonianis A. 1559. curata, qvam mire interpolatam fuisse narrat Franciscus Junius * præf. ad Indicem expurgatorium, testantur Benedictini se anxie inqvirentes nihil potuisse comperire, ut vel statim suppressa sit, (qvod malim credere) vel omnino supposita & conficta, qvemadmodum Aldina qvam Possevinus memorat,



* *Junii verba sunt:* Rem meis oculis visam ad exemplum, adferam. Ante annos viginti septem, quum Lugduni agerem, (egi autem A. MDLIX & sequente) Correctore quodam typographico usus sum familiter, cui Ludovico Saurio fuit nomen. Habitabat ille non procul à Mercuriali vico, in ædibus conjunctis trium columbarum signo. Quum ad salutandum hominem veniissem, casu vel potius singulari Dei providentia accidit, ut versantem eum offenderem in recognoscendis D. Ambrosii operibus, quæ tum Frelonius excudebat. Variis autem sermonibus ultro citroque habitis, quum me avocamento esse ab opere nolle ostenderem, ille, redorsus lectionem unius paginæ, vidésne, inquit, hanc formam Ambrosianæ editionis nostræ? quam sit elegans, accurata, & in speciem omnibus anteponenda aliis quæ adhuc, in lucem prodiverunt? Postea contenti opus & probanti, elegantiam ejus dixit, Ego vero si quod exemplum Ambrosiani operis mihi emendum esset, quodvis exemplum, aliud potius quam hoc quod vides compararem. Scisitatus, sum hujus dicti causam. Tum ille de forulis sub mensa sua, latentibus aliquot paginas promens (erant autem paginæ, ut loquuntur Græci κεχιωμεναι sive cancellatæ, aliæ ex parte & aliæ universæ) hæc est, inquit, prima forma paginarum quas his paucis diebus ad exemplum veteris & certi, ex-

Poſt Coſterium operæ ſe pretium facturum putavit *Johannes Gillotius*, ſi plura Ambroſianorum operum manuſcripta exemplaria è Pariſienſibus aliisqve Galliæ bibliothecis conqvireret, qvibus inter ſe conferendis cum *vix* plures, nedum unum hominum ſufficere animadverteret, ipſe paucos, qvibus evolvendis par eſſet codices delegit, cæteros aliorum induſtriæ commiſit. Et hanc Gillotianam editionem A. C. 1568. apud *Gulielmum Merlinum* & ſocios Pariſiis vulgatam, omnium, qvæ hactenus prodierant, abſolutiſſimam Benedictini ſtatuunt, & indignam plane, qvæ editionis Romanæ paulo poſt ſecutæ fama opprimeretur.

Aggreſſus hanc editionem, aliis poſtea in laboris partem adſcitis ſociis, *Felix Perretus de Monte Alto* Ord. Min. Vicarius generalis, deinde Cardinalis, & tandem ſub *Xyſti V.* nomine Pontifex Romanus, qvinqve tomis conſtantem, è qvibus priores qvatuor A. C. 1580. 1581. & 1582. qvintus & ultimus A. C. 1585. cum jam Romanam cathedram Xyſtus occupaſſet,

"exemplaris optima fide impreſſimus: Franciſcani autem "duo pro auctoritate has omnes paginas diſpunxerunt ut vi- "des, & illas ſubſtitui in locum priorum curaverunt præter "omnem noſtrorum librorum fidem: quæ res ſumptum & "moleſtiam Frelonio creavit graviſſimam: nam pretium "chartæ operarumque amiſit univerſum, temporis jacturam "paſſus eſt, & typographicas illas priores plagulas commuta- "ri novis ad libidinem iſtorum oportuit, magno malo noſtro "& admiratione mea. *Hac Junius.*

iſſet, lucem publicam aſpexit. Eam fuſius cenſet Poſſevinus in Apparatu S. & Labbeus . 1. de S. E. p. 48. Hendreichius in pandectis randenb. &c.

Qvamvis autem hæc editio tantum obtiuerit autoritatis, ut in locis, ubi Romana oret religio, ſola prælo ſubjiceretur, & in na Lutetia * ab A. C. 1586. ſingulis fere ecenniis iterata fuerit, ut A. 1603. cui editioni nedita qvædam acceſſere, tum 1614. 1632. 642. 1665. nec non Coloniæ 1616. non disimulant tamen Monachi Benedictini, non ›auca in editione hac Romana deprehendi, qvæ minus probari poſſint. Inter alia enim animadvertunt, epiſtolas aliqvot & homilias, imo & *nonnullas librorum partes* ordine ſuo avulſas & in alienum locum rejectas; item tractatus qvosdam dubios legitimis admixtos, cum potius in iis qvoqve commentationibus, qvas ſuperiorum editionum conſenſus tanqvam legitimas admiſerat, delectu & cenſura opus fuiſſet. Imprimis autem hoc animadverſione dignum cenſent, qvod etiam in ipſo Ambroſii textu multa ſibi permiſiſſe deprehendantur, qvi eundem corrigendum ſuſceperunt.



* Salmaſius ſub Simplicii Verini nomine Rpiſtola ad Juſtum Pacium pag 102. teſtatur Pariſienſem Ambroſii editionem *multis modis ſibi eſſe ſuſpectam, utpote à Jeſuitis procuratam, quam ſcio ab illis pluribus locis depravatam eſſe, ut ex collatione ſcriptorum exemplarium animadvertere licuit.*

Digitized

Meliorem deniqve Ambroſii editionem debemus laudatis Monachis Benedictinis congregationis S. Mauri, *Jacobo Erichio* & *Nic. Nourrio* ſplendide & emendate excuſam, duobus Voluminibus: qvorum prius A. 1686. poſterius A. 1691. fol. Pariſiis præla evaſit. Recenſetur fuſius in Actis Erud. A. 1688. pag. 64. & T. 2. Supplementi pag. 209. nec non in hiſtoria literaria præſtantiſſimi Cavei, tomo poſteriore. Habet tamen qvæ in hac qvoqve editione deſideret Richardus Simon in Epiſtolis Criticis Gallice editis Baſileæ 1699. 12. pag. 74. *Les Moines Benedictins qui ont publié une nouvelle edition des ouvrages de S. Ambroiſe, & qui crient ſi fort contre celle de Rome, parce qu'on y a altere ſelon eux en une infinité d' endroits le texte de ce Pere, ont eû ſi peu de connoiſſante de ce qui regarde la Critique des livres Sacrés, que non ſeulement leurs notes ſont peu exactes, mais ils ont auſſi laiſſe dans le texte de ce S. Docteur des leçons qui ne s'accordent point avec ſes explications.*

Loca S. Scripturæ ab Ambroſio allegata qvæ differunt à vulgata verſione, perſequitur Jo. Ludovicus de la Cerda Adverſar. ſacr. capite 179.

Merito Combefiſius in Bibl. Concionatoria profitetur ſe in Ambroſio ſuſpicere dexteritatem in reddendis Græcis Philonis, Origenis, Euſebii, maximeqve Baſilii Magni, *quo in genere omnium facile princeps videri poſſit: mihi ſane multis partibus Hieronymo ſuperior videtur, ſic tota*

*a ſenſus expreſſione ſtylo ipſe ſuo ac puriori nitet, c tam ex aliorum ſcriptis in ſuos videtur alveos rrogare, quam à ſe propria fundere.*

Theophili Raynaudi liber editus Lugduni 532. 12. hoc titulo : *Ambroſius, ſuccus cœleſtis, ni Galliarum expreſſus ?* diſputat Arelatenſem on Lugdunenſem fuiſſe Ambroſium. Recu- s etiam eſt Tomo octavo operum Raynaudi ag. 107.

Superſtite adhuc Auxentio Epiſcopum Me- iolani creatum contendit Latinus Latinius . 1. Epiſt. p. 375. ſeq. Ipſe qvidem ſe *non ccleſiæ nutritum ſinu, ſed raptum à tribunalibus* ſcri- it. Confer notas Benedictinor. Tom. 2. pag. 432. Thodoſii Magni Imp. vox apud Theo- loritum V, 18. Hiſt. Ἀμβρόσιον οἶδα μόνν Ἐπι- κοπον ἀξίως καλούμενον. *Epiſcopum dignum vidi eminem præter Ambroſium.*

Papebrochi diſſertatio de anno & die mortis . Ambroſii, qvam præmiſit Tomo 1. Act. San- torum Aprilis pag. XXXVIII. ſeq. pugnat pro Anno 398.

De SS. Protaſii & Gervaſii corporibus A. 386. ab Ambroſio inventis conſulendus celeberr. Muratorius diſſ. 15. ad Paulini natalem XI. S. Fe- licis v. 324. T. I. anecdotorum Latinorum p. 171. ſeq.

Acta SS. Cantii, Cantiani & Cantianillæ Am- broſio ſuppoſita leguntur apud Surium 31. Maj. Confer Acta Sanctor. Tom. 7. Maji pag. 427. ſeq.

Ambroſio rectius à nonnullis tribuuntur *libri quinque de excidio Urbis Hieroſolymitanæ* qvi ambulant ſub nomine *Hegeſippi*, qvod ex *Joſephi** nomine corruptum, ex qvo libros illos *liberiore* interpretatione converſos apparet. Nec modo Jo. Mabillonius in Codice antiqviſſimo Bibl Ambroſianæ reperit tributos hos libros Ambroſio Epiſcopo Tom. 1. muſei Italici p. 14: ſed etiam Carolus Daubuſius libro primo pro teſtimonio Joſephi de CHriſto pag. 16. teſtatur in Codice Cantabrigienſi ad extremum libri primi exſtare hæc verba: *Beatiſſimi Ambroſii translatio ex Joſepho, liber primus explicit.* Et in Catalogo MSS. Monaſterii Cremifanenſis, Ord. Benedictini in Auſtria, video memorari num. 58. *tractatum Ambroſii Epiſcopi de hiſtoria Joſephi captivi, translati ab ipſo de Gratio in Latinum.* Omitto qvod apud Angelum Decembrium lib. VII. de politia literaria pag. 566. legas *Ægiſippum eſſe vocabulum hiſtorici Graci ex capra & equo compoſitum, qui de bello Titi cum Judæis ſcripſit, à Doctore Ambroſio Latine translatum.* Scripſit, hæc December circa A. 1460. frater Petri Candidi Decembri A 1477. æt. 79. defuncti. Etiam in editione Aſcenſiana Pariſ. 1511. fol. libri Hegeſippiani Ambroſio tribuuntur.

Cata-

* Vide Iſ. Voſſium appendice de LXX. Interpretibus p. 127. ſeq. & quæ notavi in Bibl. Græca lib. 4. cap. 6. §. 2.

Digitized by Google

# Catalogus eorum

## ad quos S. AMBROSII Epiſtolæ.

Epiſcopis per Æmiliam conſtitutis, de celebritate paſchali. Epiſt. 83.
Alypio 69.
Anatolio, Numero, Severo, Philippo, Macedonio, Ammiano, Theodoſio, Eutropio, Claro, Euſebio & Timotheo ſacerdotibus Theſſalonicenſibus. 59.
Antonio. 68.
Anyſio ſancti Acholi ſucceſſori. 60. Theophilo & Anyſio. 79.
Attico. 50. (32.
In Auxentium de baſilicis tradendis. *poſt Epiſt.*
Ambroſius, Baſianus & cæteri ad Siricium papam. 81.
Bellitio gravi ægritudine priusqvam in Dominum JESUM crederet jactato, poſtea vero revaleſcenti. 9. 75.
Candidiano 61.
Chromatio. 37.
Clementiano. 78.
Clericis. 17.
Conſtantino Epiſcopo. 44. 77.
Delphino Epiſcopo. vide Phœbadio.
Demetriadi, ſacræ virgini. 84.
Euſebio Epiſcopo. 35. 46.
Fauſtino. 8.
Felici Comenſi Epiſcopo. 5. 51.
Fœgadio. vide Phœbadio.

*Gratianus Augustus ad Ambrosium.* 25.
Gratiano Augusto. 26.
Horontiano. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 39. 74.
Irenæo. 4. 6. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 47. 48. 62. 71. 72.
Justo 1. 63.
Marcellinæ furori. 33.
Marcello. 24.
Paterno. 66.
Phœbadio & Delphino Episcopis. 55.
Qvinegio. 67.
Romulo. 52. 56.
Sabino Episcopo. 36. 40. 41. 42. 45.
Severo Episcopo. 57.
Simpliciano. 2. 3. 7. 10.
Siricio. 49. 54. 81.
*Siricius Papa Mediolanensi Ecclesiæ.* 80.
Sisinnio. 43.
Studio. 58. 76.
Syagrio Veronensi Episcopo. 64.
*Symmachi relatio ad Imperatores, post Epist.* 30.
Thedosio Imp. 28. 29. 34.
Theophilo. 78. 79.
Sacerdotibus & omni clero Thessalonicensium. (60.
Titiano. 53.
Valentiniano Imp. 27. 30. 31. 32.
Vercellensi Ecclesiæ. 82.
Vigilio. 70.

*Flavio Lucio Dextro* hortante librum de scriptoribus Ecclesiasticis scripsisse se in Epistola ad eum præmissa Hieronymus testatur. *Idem* cap.

Digitized by Google

p. 132. ejus meminit his verbis: *Dexter Pa-*
*ni, de quo supra* (cap. 106.) *dixi, filius, clarus*
*ad saeculum* (præfecturam prætorii gessisse re-
ert non Sophronius Græcus Hieronymi inter-
res, ut notat Miræus ad Hieron. de S. E. sed
Hieronymus ipse apologia 2. in Rufin.) *& CHri-*
*i fide deditus, fertur ad me omnimodam historiam*
*xuisse, quam necdum legi.*

Omnimodam hanc Dextri Historiam in de-
erditis jam pridem habuere viri docti, cum
repente exeunte sæculo XVI. percrebescere ru-
mor cœpit de invento in Fuldensi Germaniæ
Bibliotheca hoc thesauro. Auctor rei ut do-
cemur à Nicolao Antonio lib. 1. Bib. veteris
Hispanæ cap. 8. Jesuitarum sodalis qvidam
*Hieronymus Romanus de Higuera* nomine,
Toletanus patria, undiqve munitus vir
subsidiis curiosæ omnis, qva historica
constat res, doctrinæ: Hic testatus est, à
à *Thoma Torribalba*, ejusdem Societatis, è Ger-
maniæ Wormatia urbe Dextri Chronicon sive
Historiam omnimodam ab Anno Urbis Romæ
752. ad annum 1183. (Christi 1. ad 430.) mis-
sam sibi una cum *M. Maximi*, Cæsaraugustani
Episcopi continuatione ab A. C. 468. ad 644.
& *Eutrandi* (Luitprandi) Ticinensis Diaconi
ab A. 644. ad 668. Apographum illius Cæsar-
augustæ repertum *Jo. Calderon* Franciscanus A.
1610. 4. in ea urbe typis committi curavit pri-
mus vehementer interpolatum, cum Chro-
nico *M. Maximi* pag. 95--105. & additionibus S.

*Brau-*

*Braulionis* & *Helecæ* Cæsaraugustanorum Episcoporum ad Maximum p. 105--112. & fragmentis carminum M. Maximi & aliorum. Ab eo tempore Thomas Tamajus Vargas regius Historicus edidit Dextrum defensum A. 1624. 4. Madriti lingva Hispanica: *Flavio Lucio Dextro Caballero Espannol de Barcelona prefecto pretoris de Oriente, Governador de Toledo, por los annos del Senor de CCCC. defendido por don Thomas Tamajo de Vargas.* Subjicitur: *Antiguedad de la religion Christiana en el reino de Toledo par muestra de la verdad de la doctrina de Fl. Lucio Dextro.* Postea *Rodericus Carus* Utrariensis presbyter Chronicon Dextri & continuatorum cum brevibus notis vulgavit Hispali 1627. Et *Franciscus Bivarius* Cistercienſis Monachus solum Dextri Chronicon cum amplo commentario Lugd. eodem anno 1627. fol. Maximi vero Chronicon cum *Braulionis* & *Hellecanis Tajonis* & *Valderedi* Episcoporum Cæsaraugustanorum additionibus, & ejusdem Bivarii commentario, præmissis *Baltasaris de Sandoval & Moscoso* apologeticis prælocutionibus pro Dextro & Maximo excusum Madrit. 1651. fol. Denique in laudati *Nicolai Antonii* Bibliotheca Vetere Hispana Tom. 2. pag. 274--286. eadem Chronica exhibentur longe sinceriora, qvi tamen neutiqvam illa pro genuinis habet, sed qvam plurimis & non inficiandis argumentis evicit recens illa & fortasse ab ipso Higuera fuisse conficta: de qvo videsis etiam eundem Nic. Antonium lib. 1. de jure exulum cap. 14.

Car-

Digitized by Google

Cardinalem R. E. Joſephum Saenz de Aguirre Tomo II. Concil. Hiſpan. pag. 54. ſeq. & Jo. Bolandum præfat. ad Tom. 1. Act. Sanctor. Januar. pag. 31. & ad Tom. 1. Act. Februarii pag. XVIII. ſeq. Papebrochium T. 4. Act. Sanctor. Januar. p. 14. b. Dionyſ. Petavius lib. 2. Epiſt. 14. ad Rosweidum. Chronicon Dextri vocat *hominis imperitiſſimi, ἄτοπον & ἀλλόκοτον κύημα & omnino ψευδεπίγραφον ab Hiſpano aliquo nebulone confictum.*

Epiſtola commentitio huic Lucii Dextri, ſive ut à Cornelio à Lapide appellatur tenebrionis ſiniſtri Chronico præmiſſa non ad Hieron. ſed ad Oroſium dirigitur his verbis: *Poſteaquam ex oriente, (ubi, ſicut noſti, Præfectus prætorio fui,) domum redii, cœpit me vehementer tædere functionis munerum publicorum, totumque me converti ad ea ſtudia, in quibus bonam vitæ meæ partem transegi, ſi non cum laude, citra notam pudoris tamen. Porro omnimodam hiſtoriam quam ab orbe condito ad hæc noſtra tempora* [Calderonis editio addit: *id eſt ad annum* 430. *ad Conſulatum XIII. Theodoſii junioris*] *produxeram, & S. Hieronymo dedicaveram, quoniam ad manus ejus defuncti* (atqvi ſcripta jam erat à Dextro A. 392. cum Hieronymus obierit demum A. 420) *pervenire non potuit, auctam & locupletatam tibi nuncupo, ut Hiſtoriarum ſcriptori, & patris mei* (Paciani) *amantiſſimo. Vale.* Verum Calderonis editio habet: *S. Presbytero Hieronymo non ita locupletatam dicaveram: ſed quia ad ejus defuncti manus pervenire non potuit, multis locis auctam*

*Etam locupletatamque tibi homini Hiſpano Lætano Hiſtoriarum ſcriptori ornato & mei amantiſſimo accupo. Vale.*

*S. Martini* Turonenſis ab A. 375. Epiſcopi, A. 400 defuncti vitam ſcripſere proſa qvidem *Sulpicius Severus*, qvi ſub idem tempus vixit, libris duobus: *Gregorius Turonenſis* libr. IV. de Miraculis Martini, atqve *Alcuinus*: Et verſibus heroicis, libris ſex *Paulinus Petrocorius*, & libris qvatuor *Venantius Fortunatus* ambo Sulpicii Severi veſtigiis inſiſtentes. E recentioribus *Petrus Menander* Turonenſis in hiſtoria Archiepiſcoporum Turonenſium à Joanne Maan edita Auguſtæ Turonum 1667. fol. qvi vitam Martini per annos digeſſit: nec non *Martinus Marteau* in epitome paradiſi Turonenſis, Gallice vulgata *Pariſ.* 1661. 8. *Tillemontius* tomo decimo memoriarum, *Franciſcus Giry* & *Hadr. Bailletus* in vitis Sanctorum Gallice editis XI. Novembr. *Nicolaus Gervaſius* Aurelianenſis in vita S. Martini & hiſtoria fundationis ejus Eccleſiæ, Gallice edita Turoni 1699. 4. Ac ne ineditas *Ludovici Chantereau le Fevre* & *Petri Carreau* diſſertationes memorem, Jacobo Longo laudatas in Bibliotheca Hiſtorica Galliæ p. 198. *Carolus le Cointe* inqviſitione de anno qvo obiit S. Martinus T. 1. Annal. Francorum pag. 202. *Petrus Franciſcus Chifletius* S I. diſſertatione de S. Martini Turonenſis Epiſcopi tempore pag. 213. ſeq. Opuſc. *Joſephus Anthelmi* Epiſtola ad Antonium Pagi de ætate S. Martini & qvorundam ejus geſto-

Digitized by Google

ſtorum ordine, anno emortuali nec non de S. Britio ſucceſſore, Pariſ. 1693. 8. *Jo. Melchior Goezius* diſp. hiſtorico Theologica de Martino Jen. 1697. 4. *Jo. Chriſtianus Fromannus* in anſere Martiniano Lipſ. 1683. 4. &c. Cæterum ſcripta qvæ exſtant ſub nomine *Odonis* Abbatis Cluniacenſis de reverſione S. Martini è Burgundia, in Martini Marrier Bibliotheca Cluniacenſi p. 116. & Tom. 17. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 253. nec non *Herberti* Archiep. Turonenſis de miraculis S. Martini poſt ejus reverſionem ſive corporis depoſitionem Tom. 7. Miſc. Baluzii pag. 169. fide eſſe indigna & commentitia probavit Claudius Molinetus diſſ. 3. ſur la mouvance de Bretagne Mem. de Trev. A. 1712. pag. 666. & A. 1716. p. 1145. ſeq.

Qvæ ſub S. Martini fertur nomine brevis *Profeſſio fidei de Trinitate*, & cum Variis lectionibus exhibetur à Caſp. Barthio notis ad Gallum confeſſorem pag. 120. ſuppoſititia videtur Schurzfleiſchio pag. 756. Epiſt. De Codice MS. Mazariniano vide Combefiſii Bibliothecam Concionatoriam Tom. 8. pag. 470.

S. *Hieronymum* ob multa & egregia qvæ nobis reliqvit monumenta *Bibliothecam Eccleſiæ* vocat Jonas Aurelianenſis libro tertio contra Claudium Taurinenſem p. 1243. Orthodoxograph. Natus eſt A. C. 321. factusqve presbyter anno 350. ætatis 29. & cum per triennium inde Romæ, & qvatuor annos in eremo Syriæ verſatus eſſet, reliqvam omnem ætatem poſtea Bethlehemi exe-

Digitized by Google

exegit, diemqve obiit A. C. 420. ætatis 89. licet inchoatum 92. attigisse contendit Dodwellus III. 7. diss. ad Irenæum. De scriptis suis breviter ipse Hieronymus capite ultimo de S. E. Qvod vero in Codice Corbejensi Gennadii de S. E. præmittitur caput de S. Hieronymo, nec non vita Hieronymi qvam edidit Mabillonius Tom. 4. Analect. pag. 183. & Martianæus cum Variis Lect. ex qvinqve Codd. MSS. tomo qvinto operum Hieronymi præfixit, *Gennadio* tribuitur, sed parum certa sententia *ut docet* Tillemontius Tom. 12. memor. pag 615. *seq.* Exiguam qvoqve fidem merentur qvæ in *eo*dem tomo qvinto Marcianæi recusa leguntur sub *Eusebii* nomine de morte Hieronymi ad Damasum pag. 449. *Augustini* ad Cyrillum Hierosol. de magnificentiis beati Hieronymi pag. 477. *Cyrilli* Hierosol. de miraculis Hieronymi ad Augustinum p. 483. & Vitæ Hinronymi incerto auctore, qvæ incipit *Plerosque nimirum illustrium virorum non ambigo nosse* p. 508.

Recentiori ætate ex scriptis ipsius Hieronymi & aliis fide dignis monumentis vitam Hieronymi tradiderunt. præter *Erasmum*, *Hieronymum Guadalupum*, Tolet. 1597. 4. *Christianum Massæum* in Chronico, vulgato Antw. 1540. fol. & *Marianum Victorium* hujusq; liberiorem metaphrastem † *Joannem Cinellum*, qvi Italice vitam Hieronymi vulgavit Florentiæ 1688. 4. præcipue *Tillemontius* * tomo duodecimo memoriarum, Paris.

† Acta Erud. 1689 pag. 249.
*Journal des. Sav. 1708 Maji pag. 380.

Digitized by Google

Pariſ. 1707. 4. & *Joannes Marcianæus* ineditis tunc dhuc Tillemontii memoriis uſus, Latine qvi- em tomo V. operum Hieronymi Pariſ. 1706. ol. & Gallice* libris ſex, editis Pariſ. 1706. 4. Vitam Hieronymi à *Thoma Vaſcone* ſcriptam nemorat Jo. Lelandus de ſcriptoribus Britan- nicis pag. 435. *Jo. Philippi Thomaſini* Oratio le laudibus Hieronymi prodiit Patav. 1630. De Hieronymi peregrinationibus Heribertus Rosweidus prolegomenis ad vitas Patrum, maxime è Baronio. De patria Hieronymi Stridone (Sdrigna) Franciſcus Irenæus de Cruce, Carmelitanus in hiſtoria Tergeſti (Trieſte) qvam Italice edidit Venetiis 1698. fol. libro VI. pag. 444. ſeq qvi etiam Aqvilejæ baptizatum diſputat VI. 6. pag. 476. ſeq. De picturis S. Hieronymi Joannes Molanus III. 42. hiſtoriæ SS. imaginum.

Jo Launojus in diſſertatione de Victorinis meminit multorum MSS. Codicum atqve editionum veterum Hieronymi. Tomus primus Epiſtolarum à Theodoro Epiſcopo Tarviſino collectarum lucem primum vidit Romæ cura Joannis Andreæ, Epiſcopi Alerienſis, per Conradum Sweynheim & Arnoldum Pannartz A. 1468. fol. qvem ſecutus ex eadem officina tomus ſecundus eſt A. 1470. Operæ pretium eſt videre qvæ de licentiâ addendi vel alterandi qva primus hic editor uſus fuit, qvæqve Eraſmo deinde fraudi fuit, notantur à Rich. Si-



* Id. 1706. p. 781.

Digitized by Google

mone Tom. 1. epistolarum selectarum Ep[illegible] 32. pag 220. seq. Eodem anno ambo tomi recusi Moguntiæ per Petrum Schœffer, qvæ edit[illegible] in membranis nitidissimis excusa fuit apu[illegible] Emericum Bigotium. Hinc & Venetiis 1476. fol. per Antonium Bartholomæum, nec minus Parmæ 1480. fol. atqve iterum Venetiis 1488. apud Andream de Toresanis de Asula & Basil. 1492. & Venet. 1496. & Lugd. 1513. fol. per Nicolaum de Benedictis.

Sed præcipua *Erasmi* * laus, qvi Jo. Cononis, Jo. Reuchlini, Jo. & Brunonis Basiliique Amerbachiorum & Conr. Pellicani opera adjutus, magno studio in scriptis Hieronymi undiqve conqvirendis, recensendis & illustrandis versatus est, etiam spuria à genuinis distingvere & ἀμφιβόλως notha à manifeste suppositis, & pseudepigrapha docta ab indoctis secernere instituit. Basileæ 1516. fol. apud Joannem Frobenium, novem voluminibus. Hanc editionem recensent Gesnerus in Bibl. & Simlerus.

Repetita editio Lugd. 1530. apud Gryphium.
Paris. 1533. & 1546.
Basil. 1526. 1553. & 1565.

Hinc ex recognitione *Mariani Victorii Amoretti*, Reatini, Episcopi Amerini Rom. 1565-1576. fol. novem voluminibus, qvam editionem recensent Bellarminus libro de S. E. & Possevinus in apparatu sacro.

Repe-

* Vide Erasmum ipsum adagio *Herculis labores.*

Repetita editio Antvverp. 1579. ex Plantini officina.

Parſ. 1580. apud Nivellium.

In editione Pariſienſi 1609. præter eruditas * *Henr. Gravii* Andrea Schotto curante integre & emendatius editas obſervationes in Epiſtolas, acceſſerunt notæ inſignes *Frontonis Ducæi* ad pauca qvædam Hieronymi loca.

Repetita Coloniæ 1618.

In editione Pariſienſi 1623. qvam recenſet Labbeus T. 1. p. 435. ſeq. habentur præterea difficilia loca per *Franciſcum à Maſſana* digeſta, Advertentiæ *Verdinandi Felloſilli* Epiſcopi Lucenſis, *Federici Morelli* obſervationum & emendationum diatriba, & *Lælii* Epiſcopi Balneoregiani emendatio inſignis loci Hieronymiani.

Repetita hæc editio Pariſ. 1643.

Francofurtenſis 1684. fol. curante *D. Adamo Tribbechovio* in duodecim tomos diſtribuitur ſed qvi tribus voluminibus non incommode poſſunt compingi. Eraſmi editionem exprimit, Victorii vero & Gravii Ducæiqve & Latinii obſervationes tomo exhibet decimo, undecimo Franciſci à Meſſana & Epiſcopi Lucenſis advertentias, duodecimo indices. De hac editione videri poſſunt Acta Eruditor. 1684. pag. 343. *D. Frid. Ulricus Calixtus* in prolegomenis huic editioni præmiſſis pag. 7. præter rem tradit Eraſmum *prioribus qvatuor tomis Hie-*



* Partem primam notarum Gravii ediderat Jo. Antoniaenus, Antwerp. 1568. 8.

Digitized by Google

*ronymi immortuum, & prius quam perficerentur ſ- ſteriores, è mortali hac vita in cœleſtem migra- patriam.* Certe abſolutæ Hieronymi editio viginti annos Eraſmus ſupervixit, & qvod e Eraſmo Calixtus, id Bruno & Baſilius Amerbachi fratres de Joanne Amerbachio patre ſuo ſcripſerant præfat. ad tomum qvintum.

A. 1690. Pariſiis in qvarto *Johannes Marcianæus* Monachus Benedictinus edidit prodromum novæ editionis Hieronymi ad omnes doctos, * cum Epiſtola Hieronymi ad Suniam & Fretelam, caſtigata ad MSS. & variis obſervationibus illuſtrata.

Secuta hinc editio ipſa Hieronymi luculenta ab eodemqve Marcianæo curata tomis qvinqve, qvorum *primus* a) A. 1693. Pariſ. fol. ſub Divinæ Bibliothecæ titulo exhibet verſiones Latinas Hieronymianas (minime illas tamen ſinceras) librorum ſacrorum ex Hebraico & Græco, cum ſcholiis variis marginalibus qvæ Hieronymi ipſius eſſe prius opinatus editor, deinde ad libros Regum cum perveniſſet, *obſervavit* à Rabano Mauro tribui neſcio cui Judæo. Confer Rich. Simonis cenſuram editam Colon. 1699. 8. ſub titulo: *Critique du livre publié par les Moines Benedictins de la Congregation de S. Maur, ſous le titre de Bibliotheque Divine de S. Jerome.* Canones Evangeliorum in hoc tomo p. 1429. ſeq. reſtituit *Antonius Pouget* Monachus Benedictinus. *Secun-*

* Act. Er. 1695. pag. 98.

a) Act. Er. 1695. pag. 98.

Digitized by Google

*Secundus* b) A. 1699. Nomina Hebraica, ſubnectis Græcis ex Philone ac Joſepho, nec non Origenis ex pluribus Codd. MSS. Librum de locis Hebraicis cum Græcis Euſebii: Qvæſtiones Hebraicas, Epiſtolas Criticas & Commentarios in ſacra Volumina à Geneſi usqve ad Prophetas.

*Tertius* c) A. 1704. Commentarios in Prophetas univerſos ſedecim. *Quartus* d) A. 1706. Commentarios in Novum Teſtamentum, Epiſtolasqve Criticas & alias ordine chronologico digeſtas, librum de Viris illuſtribus, opuſculaqve apologetica & polemica. *Quintus* deniqve eodem Anno 1706. vitam S. Hieronymi, Catalogum Gennadii de Viris illuſtribus, Opuſculaqve omnis generis Hieronymo ſuppoſita.

Multa in hac editione Hieronymi non ſine cauſa deſiderare ſe profeſſi ſunt *Rich. Simon*, tum in cenſura qvam paullo ante memoravi, tum in Epiſtolis Criticis Baſileæ 1699. 12. editis, nec minus in Epiſtolis ſelectis Tom. 1. pag. 222. ſeq. &c. atqve *Johannes Clericus* in qvæſtionibus Hieronymianis Amſt. 1700. 8. editis, qvi etiam novam Hieronymi editionem promittit T. 17. Bibl. ſelectæ pag. 152. Reſpondit Marcianæus



b) Journal des Sav. A. 1696. p. 455. & A. 1700. p. 308. 317. Nouvell. Rep. lettr. 1700. Tom. 2. p. 67. Act. Er. A. 1699. pag. 529.

c) Journal des Sav. 1704. p. 553. Acta Erud. 1706. p. 418.

d) Memoir. de Trevoux 1707. pag. 297. Journal des Sav. 1706. p. 960.

Digitized by

Simoni in ſcripto A. 1699 edito, *defenſe de la Bible de S. Jerome contra la critique de Mr. Simon.* & Clerico in eruditionis Hieronymianæ defenſione adverſus Jo. Clericum Pariſ. 1700. 8. vulgata & in tomo tertio Hieronymi recuſa. Sed reſpondit acerbius qvam ſolidius. Innumeris tamen locis meliorem ab eo datum Hieronymum & multa animadverſa præclare nemo negaverit. Reſtituta etiam in plerisqve genuina lectio locorum Hebraicorum qvæ Latinis litteris Hieronymus expreſſerat, atqve Hebraicis mutaverant editores non raro contra ſcriptoris mentem.

Ex *Joannis Clerici* qvæſtionibus Hieronymianis qvindecim, octava eſt de vero uſu operum Hieronymi. Obſervat itaqve pag. 215. uſus habere Hieronymi ſcripta & communes cum cæteris antiqvis Eccleſiaſticorum ſcriptorum monumentis, & prorſus peculiares. Communes omnibus priſcis Eccleſiaſticis libris uſus ſunt, præter egregia ad pietatem documenta qvod licet ex iis ſolis primo cognoſcere hiſtoriam dogmatum & factorum ſuæ ætatis inter Chriſtianos, ac rationem qva ſolebat Scriptura ſacra explicari iis ſæculis qvibus conſcripti ſunt. Peculiares vero uſus Hieronymi ad triá hæc potiſſimum capita poſſunt referri. 1) Es iis colligimus fragmenta multo plura qvam ex ullo alio Veterum interpretum Græcorum Veteris Teſtamenti, qvorum translationes injuria temporum, ſocordiaqve hominum perierunt.

2) Mul-

) Multas ex iis intelligere licet traditiones udaicas vel opiniones Judæorum illius ævi de ignificatione vocum Hebraicarum, ſententiaqve plurimorum locorum Scripturæ, varias tem nonnullas lectiones dignas qvæ expenlantur, de qvibus idem Clericus pag. 229. 3) Cognoſcimus deniqve qvodnam fuerit ſingulare ipſius Hieronymi judicium de variis vocabulis Hebraicis ac Scripturæ locis; tum etiam le rebus & ſcriptoribus aliis de qvibus fert ſententiam. Verum in hiſce omnibus eruendis cavendum nobis eſt 1) ab inſigni inconſtantia qvæ in Hieronymo paſſim deprehenditur, ab ejus ſtylo declamatorio & hyperbolis referto de qvibus pag. 233. 3) ab affectibus qvibus non parum indulgebat contra adverſarios diſputans, de qvo p. 237. & in diſſ. de argumento Theologorum ab invidia ducto, qvam novæ editioni Logicæ ſuæ A. 1707. Clericus adjunxit. 4) à fictionibus qvibus uti non verebatur ubi conſiliis ſuis utiles judicabat, de qvo pag. 269. deniqve 5) ab alienis opinionibus, qvas ita ſuis admiſcet, ut ſæpe vix poſſint ſecerni, de qvo pag. 245. qvæſt. Hieronymianarum.

Librum *de Viris illuſtribus* ſive *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* qvem A.C. 392 Hieronymus Lucio Dextro rogante compoſuit, primus edidit cum Græca verſione Eraſmus ſeparatim Baſ. 1529. 4. *Sophronii* nomen vere an falſo præferat Græca illa interpretatio, dubitant viri eruditi, ut notatum T. 8. Bibl. Græcæ p. 195. Deinde repetita in editionibus

nibus qvibusdam operum Hieronymi, ut Basileenſ. Pariſ & Franfurt. Sed Marcianæ in ſua omiſit. Abeſt qvoqve in Suffridi Petri collectione qvi Hieronymum, Gennadium, Iſidorum, Honorium, Sigebertum & Henricum Gemblacenſem de ſcriptoribus Eccleſ. junctim edidit Colon. 1580. 8. nec non in locupletiore Alberti Miræi, qvi Ildefonſum qvoqve adjunxit Antwerp. 1639. fol. Tanto lubentius igitur locum Græcæ verſioni dare volui in Bibliotheca Eccleſiaſtica qvam vulgavi Hamburg. 1718. fol. in qva continentur de Scriptoribus Eccleſiaſticis 1) *S. Hieronymus* cum Græco interprete, notis meis illuſtratus, qvibus *Euſebium* præcipue, cujus veſtigiis libenter inſiſtit Hieronymus, cum eo conferre inſtitui: adjunctis præterea caſtigationibus Suffridi Petri & *Jo.* Marcianæi, nec non integris Eraſmi, Mariani Victorii Henr. Gravii, Aub. Miræi, Wilh. Erneſti Tentzelii * & D. Erneſti Salomonis Cypriani **, annotationibus. *Appendix* de vitis Evangeliſtarum & Apoſtolorum, *qvam* Hieronymo alii Codices abjudicant, Græce & Latine. Appendix item altera, qvæ fertur jam

* Tentzelii τῦ μακαρίτυ florum ſparſio ſive notæ in capita XIV. primora libri Hieronymiani, præmiſſæ ſunt Gennadii libro de S. E. quem cum notis edidit Rev. D. Erneſtus Salomo Cyprianus Jen. 1703.

** Laudatus D. Cyprianus librum Hieronymi de S. E. cum ſuis Variorumqve notis edidit Francof. 1700. 4. In illa qvoque ſicut & in Francofurtenſi 1549. 8. & Helmſtadienſi Joannis à Fuchte 1611. 4. Græcus interpres prætermiſſus.

Digitized by Google

im ſub titulo Hieronymi de XII. Doctoribus,
d Deſiderium, * jam ſub nomine *Bedæ* ** de
ıminaribus Eccleſiæ. 2) *Gennadius* Maſſi-
ienſis, qvi centum poſt Hieronymum annis
:ripſit, annotatis lectionibus Codicis antiqvis-
mi Corbejenſis & ſubjunctis variorum notis,
uffridi Petri, Aub. Miræi, Ern. Sal. Cypriani
:meis. 3) *S. Iſidorus* Hiſpalenſis. 4) *Ildefon-*
*ıs* Toletanus. 5) *Honorius* Auguſtodunenſis,
) *Sigebertus* Gemblacenſis. 7) Appendices
*uliani* ac *Felicis* Toletani & tertia Anonymi ad
idorum & Ildefonſum. 8) *Henricus* Ganda-
enſis. 9.) *Anonymus Mellicenſis* qvem ad calcem
ibliothecæ Benedictino Maurianæ nuper vul-
;averat R. P. Benedictus Petz, Auguſtæ Vindel.
716. 8. 10) *Petrus Caſinenſis* de viris illuſtri-
us Monaſterii Caſinenſis, cum ſupplemento
*lacidi* Romani, & notis Jo. Baptiſtæ Mari.
1) Jo. Trithemii liber de Scriptoribus Eccle-
aſticis, cum meis notis. 12) Auberti Miræi
uctorium & de ſcriptoribus ſæculi XVI. &
:VII. Adjunctus qvoqve eſt index Chronolo-
ico alphabeticus in Trithemium, auctarium-
ve Miræi & ſcriptores veteres hac Bibliotheca
:cclefiaſtica comprehenſos. Juvat autem hoc
oco ſeparatos dare indices in Hieronymum,
Gennadium &c.



* Tom. V. edit. Marcianæi pag. 416.

** Tom. 3. Operum Bedæ p. 491. Colon. 1688. fol.

Digitized by Google

# INDEX SCRIPTORUM

## Ecclesiasticorum, qvi à S. Hieronymo in Catalogo & in duplici Appendice memorantur.

Acacius Cæsariensis Episcopus cap. 98.
Agrippa Castor 21.
Alexander Cappadociæ Episcopus 62.
Ambrosius Alexandrinus diaconus 56.
Ambrosius alter, Alexandrinus 126.
Ambrosius Mediolanensis Episcopus 125. & appendic. II. cap. 6.
Ammonius Alexandrinus 55.
Amphilochius Iconii Episcopus 133.
Anatolius Laodicenus Episcopus 73.
*Andreas Apostolus* append. I. c. 1.
Antonius monachus 88.
Apollonius Senator 42.
Apollonius sub Commodo Imp. 40.
Apolinarius Hierapolitanus Episcopus 26.
Apolinarius Laodicenus Episcopus 104.
Appion, sub Severo Imp. 49.
Aqvilius Severus, Hispanus 111.
Arabianus 51.
Archelaus Mesopotamiæ Episcopus 72.
Aristides Athenienſis Philosophus 20.
Arnobius Rhetor 79.
Asterius, secta Arianus 94.
Athanasius Alexandrinus Episcopus 87.
*Augustinus* append. II. c. 1.

Bac-

Digitized by Google

Bacchylus Corinthi Episcopus c. 44.
ardesanes Mesopotamiensis 33.
arnabas Apostolus 6.
*artholomæus Apostolus* appendic. 1. c. 4.
asilius Ancyranus cap. 89.
asilius Cæsariensis Episcopus 116.
eryllus Bostrensis Episcopus 60.
rabianus, sub Severo Imp. 51.
Candidus, sub Commodo Imp. 48.
lemens Alexandrinus presb. 38.
lemens I. Romanus Papa 15.
ornelius Papa 66.
*rescens* appendic. 1. cap. 10.
yprianus Carthaginiensis Episcopus 67.
yrillus Hierosolymitanus Episcopus 112.
Damasus Papa cap. 103.
*Dardanus* append. II. cap. 7.
Dexter Historicus 132.
Didymus Alexandrinus 109.
Diodorus Tarsensis Episcopus 119.
Donysius Alexandrinus Episcopus 69.
Dionysius Corinthiorum Episcopus 27.
Donatus hæresiarcha 93.
Ephræm Edessenus diac. cap. 115.
Epiphanius Salaminæ Episcopus 114.
Evagrius Antiochenus Episcopus 125.
Eunomius Cyzicenus Episcopus 120.
Eusebius Cæsariensis Episcopus cap. 81, *& appendic. II.* c. 4.
Eusebius Emesenus Episcopus 91.
Eusebius Vercellensis Episcopus 96.

Eu-

Digitized by Google

Euſtathius Antiochenus Epiſcopus cap. 85.
Euzoius Cæſarienſis Epiſcopus 113.
*Favonius* appendic II. c. 12.
Fortunatianus Aqvilejenſis Epiſc. 97.
Gajus, ſub Zephyrino Papa 59.
Gelaſius Cæſarienſis Epiſcopus 130.
Geminus Antiochenus, presbyter 64.
Gregorius Bæticus, Iliberitanus Ep. 105.
Gregorius Nazianzenus Epiſcopus 117.
Gregorius Nyſſenus 128.
Gregorius Thaumaturgus 65.
Hegeſippus Hiſtoricus 22.
*Heliodorus presbyter* append. II. cap. 5.
Heraclius, (Heraclitus) ſub Commodo Imp. 46.
Hermas, à S. Paulo memoratus 10.
Hieronymus presbyter 135.
Hilarius Pictavienſis Epiſcopus 100.
*& append. II.* cap. 2.
Hippolytus Portuenſis Epiſcopus 61.
Jacobus Apoſtolus. (minor) 2.
*Jacobus Zebedæi* (major.) appendic. I. 2.
Ignatius Antiochenus Epiſcopus 16.
Joannes Apoſtolus 9.
Joannes Chryſoſtomus Epiſcopus CP. 129.
Joſephus Judæus, Hiſtoricus 13.
*Jovinianus* appendic. II. cap. 10.
Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus 35.
Judas Apoſtolus 4.
Judas Chronographus 52.
Julius Africanus, Chronographus 63.
*& append. II.* cap. 11.

Ju-

Digitized by Google

uſtinus Philoſophus 23.
uſtus Tiberienſis 14.
uvencus poëta, Hiſpanus 84.
Lactantius Firmianus 80.
atronianus 122.
ucas Evangeliſta 7.
ucianus Antiochenus presbyter 77.
ucifer Calaritanus Epiſcopus 95.
ucius Epiſcopus Arianus 118.
Malchion Antiochenus presb. 71.
Marcellus Ancyranus Epiſcopus 86.
Marcus Evangeliſta 8.
Matronianus hæreticus 122.
Matthæus Evangeliſta 3.
*Matthias Apoſtolus* appendic. I. cap. 7.
Maximus, ſub Commodo Imp. 47.
Maximus Conſtantinop. Epiſcopus 127.
Melito Sardenſis Epiſcopus 24.
Methodius Tyri Epiſcopus 83.
Miltiades, ſub Commodo Imp. 39.
Minutius Felix 58.
Modeſtus, ſub Commodo Imp. cap. 32.
Muſanus, ſub Antonino Vero 31.
Novatianus hæreticus 70.
Optatus Milevitanus Epiſcopus 110.
Origenes Adamantius 54.
*& appendic. II.* c. 3.
Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus 106.
Pamphilus martyr. 75.
Pantænus Stoicus philoſophus 36.
Papias Hierapolitanus Epiſcopus 18.

Pan-

Digitized by Google

*Paulinus* appendic. II. c. 8.
Paulus Apostolus 5.
*Pelagius* appendic. II. cap. 9.
Petrus Apostolus 1.
Phileas Thmueos Episcopus 78.
Philippus Cretensis Episcopus 30.
Phæbadius Agennensis Episcopus 108.
*Philippus Apostolus* appendic. I. cap. 3.
Philo Judæus 11.
Photinus hæreticus 107.
Pierius Alexandrinus presbyter 76.
Pinytus Cretensis Episcopus 28.
Polycarpus Smyrnensis Episcopus 17.
Polycrates Corinthi Episcopus 45.
Pontius S. Cypriani diaconus 68.
Priscillianus hæreticus 121.
Qvadratus Athenienſis 19.
Reticius Augustod. Episcopus 82.
Rhodon Asianus 37.
Seneca Philosophus 12.
Serapion Antiochenus Episcopus 41.
Serapion Thmueos Episcopus 99.
Sextus sub Severo Imp. 50.
*Simon Cananæus* appendic. I. cap. 6.
Sophronius, æqvalis S. Hieronymi 134.
Tatianus hæresiarcha 29.
Tertullianus Afer 53.
Theodorus Heraclienſis Episcopus 90.
Theophilus VI. Antiochenus Episcopus 25.
Theophilus Cæsarienſis Episcopus 43.
Theotimus Tomorum Episcopus 131.

*Thom.*

Thomas Apostolus appendic. I. c. 5.
Tiberianus Bæticus cap. 123.
Timotheus Episcopus appendic. I. c. 8.
Titus Cretensis Episc. append. I. c. 9.
Titus Bostrensis Episcopus 102.
Triphyllius Cypri Episcopus 92.
Tryphon, auditor Origenis 57.
Victor I. Papa 34.
Victorinus Petavionensis Episcopus 74.
Victorinus Rhetor.

# INDEX SCRIPTORUM

## Qvi in Catalogo Gennadiano Commemorantur.

ANtiochus episcopus cap. 20.
Asclepius Afer, episcopus 73.
Atticus Constantinopolitanus Ep. 52.
Audentius Hispanus Episcopus 14.
Augustinus Hipponensis Episcopus 38.
Avitus Hispanus presbyter 47.
Bachiarius natione Britannus 24.
Bonosiaci qvorum cap. 14. meminit Gennadius dicti à Bonoso de qvo Sirmundus ad Alcimi Aviti Epist. 3. & Garnerius ad Marium Mercatorem Tom. 2. p. 315.
Caelestinus I. Papa cap. 54.
Cælestius, socius Pelagii 44.
Cæsarius Arelatensis Episcopus 86.
Cerealis Afer Episcopus 96.

Clau-

Digitized by Google

Claudianus Mamertus presbyter 83.
Commodianus 15.
Cyrillus Alexandrinus Episcopus 57.
Evagrius Ponticus cap. 11.
Evagrius alter * 50.
Eucherius Lugdunensis Episcopus 63.
Eugenius Carthaginiensis Episc. 97.
Eusebius qvi anno 410. vixit 34.
Eutropius discipulus S. Augustini 49.
Fastidius Britanniæ Episcopus cap. 56.
Faustinus presbyter 16.
Faustus Rejensis Episcop. 85.
Gelasius I. Papa cap. 94.
Gennadius Constantinopolis Episc. 90.
Gennadius Massiliensis presbyter 100. vertit qvædam Evagrii cap. 11. & Timothei cap. 72.
Heliodorus Antioch. presbyter cap. 29.
Heliodorus presbyter alius 6.
Helvidius hæreticus 32.
Hieronymus, *post præf.*
Hilarius Arelatensis Episc. 69.
Honoratus Afer Episcopus 95.
Honoratus Massiliensis Episc. 99.
Jacobus Nisibenus Episcopus cap. 1.
Joannes Antiochenus presbyter 93.
Joannes Cassianus presbyter 61.
Joannes Hierosolymitanus Episc. 30.
Joannes I. Papa 43.

Isaa

* Hujus altercatio edita ab Edmundo Martene Tom. 5 anecdotorum Paris. 1718. fol.

Digitized by Google

ſaacus ex Judæo converſus cap. 26.
ſaacus Syrus, * ſub Marciano Imp. 66.
ulius I. Papa cap. 2.
ulius Capuanus 45.
ulianus Pomerius 98.
Leo I. Papa cap. 70.
eporius presbyter 59.
ucianus presbyter 46.
Macarius Ægyptius Abbas cap. 10.
Macarius Romanus 28.
Macrobius Donatiſta 5.
Maximus Taurinenſis Epiſc. 40.
Mochimus Meſopotameus presbyter 71.
Muſæus Maſſilienſis 79.
Neſtorius hæreſiarcha cap. 53.
Niceas Romacianus Epiſcopus 22.
Olympius Hiſpanus Epiſcopus cap. 23.
Oreſieſis monachus Ægyptius 9.
Pachomius Abbas cap. 7.
Paulinus, diſcipulus Ephræmi 3.
Paulinus Nolanus Epiſcopus 48.
Paulinus præco Qvadrageſimæ 68.
Paulus Epiſcopus, qvi anno 410. vixit 31.
Paulus Oroſius, Hiſtoricus 39.
Paulus Pannonius presbyter 75.
Paſtor Epiſcopus qvi anno 380. vixit 75.
Pelagius hæreſiarcha 42.
Petronius Bononienſis Epiſcopus 41.
Petrus Edeſſenus presbyter 74.
Philippus, diſcip. S. Hieronymi 62.



* De hoc dixi Volum. X. Bibl. Græcæ p. 169.

Digitized by Google

Prosper Aqvitanus 84.
Pudentius Poëta 13.
Ruffinus Aqvilejensis presbyter cap. 17.
Sabbatius Epiiscopus Gallicanus cap. 25.
Salvianus Massilienſis 67.
Samuel Edessenus presbyter 82.
De Sedulio ait Sirmondus pag. 7. ad Ennodium, ex integris Gennadii exemplaribus didiciſſe ſe, qvod obierit ille Theodoſio juniore, cui opus ſuum dicavit, & Valentiniano regnantibus. Vide qvæ *Miræus* ad cap. 83.
Servus Dei, Epiſcopus 87.
Severianus Gabalenſis Epiſc. 21.
Severus Sulpitius presbyter, Hiſt. 19.
Sidonius Apollinaris 92.
Simplicianus Mediolanenſis Epiſc. 36.
Syagrius qvi anno 440. vixit. 65.
Syrus Alexandrinus 81.
Theodoretus Cyri Epiſcopus cap. 89.
Theodorus Ancyranus Epiſcopus 55.
Theodorus * Antiochenus presbyter 12.
Theodorus Pachomii ſucceſſor 8.
Theodulus presbyter 91.
Theophilus Alexandrinus Epiſc. 33.
Tichonius Afer qvi anno 390. vixit. 18.

Timo-

* Hunc eundem eſſe cum Theodoro, Mopſveſteno poſtea Epiſcopo pulchre ex Facundi X, 1. opus ejus 1500. verſuum memorante obſervat Jo. Garnerius ad Marium Mercatorem Tom. 2. pag. 260. Certe Theodorus Raithunenſis, de qvo cogitavit Miræus, Gennadio longe junior eſt, clarus circa A. 646.

Digitized by Google

imotheus Episcopus anno 440. clarus 58.
imotheus (Ælurus) hæreticus 72.
Victor Carthennensis Episc. cap. 77.
ictorinus Rhetor Massilienſis 60.
ictorius Aqvitanus cap. 88.
igilantius hæreticus 35.
igilius Episcopus 37.
igilius diaconus 51.
incentius Gallus presbyter 80.
incentius Lirinensis 64.
itellius Afer, Donatianus 4.
oconius Episcopus Afer 78.
rsinus monachus 27.
Xystus I. Papa cap. 54.

# INDEX SCRIPTORUM

## Ecclesiasticorum, qvi in Isidori Hispalensis Catalogo recensentur.

APrigius Pacensis Episcopus cap. 17.
Avitus Viennensis Episcopus 23.
Dracontius poëta cap. 24.
Eucherius Lugdunensis Episc. cap. 15.
Eugipius Abbas 13.
Eutropius Servitanus 32.
Facundus Hermianensis Ep. cap. 19.
Fulgentius Ruspensis Episcopus 14.
Gregorius I. Papa cap. 27.
Hilarius Arelatensis Episc. cap. 16.
Idacius Clarus cap. 2.



Digitized by Google

Joannes Cappadox CP. Episcopus cap. 26.
Joannes Chrysostomus CP. Episc. 6.
Joannes Biclarensis 31.
Julianus Pomerius 12.
Justinianus Imp. 18.
Justinianus Valentinus Episcopus 20.
Justus Urgelitanus Episcopus 21.
Leander Hispalensis Episc. cap. 28.
Licinianus Carthaginiensis Episc. 29.
Martinus Dumiensis cap. 22.
Maximus Cæsarauguſtanus Episc. 33.
Osius Cordubensis Episcopus cap. 1.
Paschasinus Lilybetanus Episc. c. 11.
Paulinus, minister S. Ambrosii 4.
Possidius Calamensis Episcopus 8.
Primasius Afer Episcopus 9.
Proba poëtria 5.
Proterius Alexandrinus Episcopus 8.
Sedulius poëta cap. 7.
Severus Malacitanus Episcopus 30.
Siricius Papa 3.
Victor Tununensis Episcopus cap. 25.

# INDEX SCRIPTORUM

## Ecclesiasticorum, qvi in Ildefonsi Toletani Catalogo, ejusqve Appendicibus memorantur.

ASturius Toletanus Episcopus pag. 62.
Aurasius Toletanus Episcopus 63.



Digitized by Google

Braulio Cæsarauguſtanus Epiſc. pag. 64.
Cerealis Caſtulenſis Epiſcopus 71.
onantius Palentinus Epiſcopus 64.
Donatus Afer monachus 62.
Eugenius Toletanus Epiſcopus 64.
ugenius junior Toletanus Epiſc. 65.
uſebius Dorilætanus Epiſcopus 71.
Ferrandus Carthaginienſis Diac. 71.
Gregorius I. Papa 61.
Helladius Toletanus Epiſcopus 63.
Idatius Lemicenſis Epiſc. 69.
ldefonſus Toletanus Epiſc. 65.
Joannes Cæsarauguſtanus Epiſc. 63.
ſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus 64.
Julianus Toletanus Epiſc. 66.
Juſtus Toletanus Epiſc. 63.
Macrobius Diaconus 68.
Marcellinus presbyter Italus 71.
Montanus Toletanus Epiſc. 62.
Nonnitus Gerundenſis Epiſc. 64.
Petrus Ilerdenſis Epiſc. 71.
Philaſtrius Brixienſis Epiſc. 68.
Ruffinus Aqvilejenſis 69.
Salvus Abbas 68.
Sixtus Papa 68.
Theodorus Mopſveſtenus Epiſc. 69.
Vergundus Afer Epiſc. 69.
Victorinus Epiſc. 69.



Digitized by Google

# INDEX SCRIPTORUM

## Ecclesiasticorum, qvos Honorius Augustodunensis Hieronymo, Gennadio & Isidoro adjecit.


ALcuinus lib. IV. cap. 2.
Amalarius Metensis IV. 3.
Anselmus Cantuariensis IV. 15.
Beda IV. 1.
Benedictus Abbas Casinensis III. 30.
Bernoldus Constantiensis IV. 5.
Boetius III. 22.
Cassiodorus III. 21.
Dionysius Areopagita I. 16.
Gregorius Turonensis III. 33.
Haymo Halberstadensis IV. 7.
Henricus Homiliarius IV. 8.
Hermannus Contractus IV. 12.
Honorius Augustodunensis IV. 17.
Joannes Scotus III. 12.
Lanfrancus Cantuariensis IV. 9.
Notgerus Abbas IV. 12.
Paschasius Ratbertus IV. 10.
Paterius Secundicerius R. E. IV. 5.
Petrus Damiani IV. 11.
Rabanus Maurus IV. 4.
Rupertus Tuitiensis IV. 16.
Smaragdus Abbas IV. 6.
Theodulus Italus III. 13.


IN

Digitized by Google

